







N 75

Page 24

(D, 2, 3)

*Jac.*  
~~86~~ 86

1

L. Blinii Secūdi Junio  
ris epistole per Phi  
lippum Beroal /  
dum cor  
recte.



Bolonha  
1498.

Hain 13115-

AQ 12-10-22.

Pistolice scripturæ quæ lege omnium  
e utilissima est / complurculi cum laude ex  
coluere: Sed duò cõsensu omnium emi  
nentissimi / citraq; emulum. M. Tullius  
& Plinius Secundus hoc opus Illustrarunt: Quir  
dispari quidem uia / sed pari gradu scandentes in fa  
stigio arcis constiterunt. Ille dulcis / candidus / copio  
sus. Hic floridus / breuis / succulentus. Ille ex uber  
tate Romana latius euagat. Hic ex breuitate Laco  
nica cõcludit astrictius. Illi nihil addi. Huic nihil de  
mi potest. Ille uerbis uberior. Hic sententiis den  
sior. Illi plus facundiæ. Huic plus nitoris. In illo  
plus naturæ. In hoc plus curæ. Illum illaborata.  
Hunc perpenſa / examinata / meditata condecorat.  
Tulliana oratio præse fert beatissimam facilitatem:  
fluitq; genuina ubertate luxuriâs. Contra Plinianus  
character pressior concinniorq;: ita tamẽ ut quodã  
quasi læuore tersissimus ac emunctus ad euentum  
semper festinans / breuitate illa duobus Pliniis per  
culiari succosum quendam iucundūq; gustum præ  
se ferat: Quem cuncti sectantur / paucissimi / uel  
potius nulli assequuntur. Sic in epistolis scripturan  
dis duo columnina uirtute diuersa laudem pene pa

non Cicero si cogitaz  
 condita ... itate non  
 incitur ut ... ab epistolis sunt &  
 scriba ... num q̄ Ciceronicā characteris mon  
 effingere malint / eoq; archetypo in epistolis formā  
 dis precipue utantur: Ex racemis Plinii prædulcib; &  
 uindemiam sibi facientes . Iamq; Plinianus stīlus /  
 & florulenta breuitas quod satis liquet plerisq; om  
 nibus cordi ē: Ad tuum uero stomachū & palatum  
 cū primis faciunt Plinianæ cōdituræ mi Iohānes: q̄  
 unus es i ordine Scholasticorū elegātissim⁹ / comis  
 simus / Amabilissimus . Cuius mores animiq; do  
 tes claritudini natalium affatim respondent / qui cū  
 sis illustri genere natus contingasq; arcta cognatio  
 ne Meos Rosenses p̄cipes Boemiæ Illustrissimos  
 Existimas ueram hominis nobilitatem esse uirtutē:  
 & sola animi bona uera esse ducis bona: quibus ita  
 addictus es ita mancipatus . ut totos pene dies impē  
 das humanioribus ac māfuetioribus musis: ut pla  
 tonica maiestas / Pliniana eruditio / poetica illecta  
 menta te pascant teneant oblectent: ut Domus tua  
 sit ueluti conciliabulum ac officina doctrinarum :  
 Vbi nos quot diebus ferme explicamus quippiam  
 dignum auditu: nec indignum memoratu . uellem  
 In hoc gymnasio essent rot tui similes scholastici:  
 quot Homeric⁹ Agamemnon Nestoras desiderat.  
 non enim tam turba scholasticorum q̄ claritudo &



nectas: sisq; peculiariter Pliniana lectionis studio  
fissimus: Epistolas Plinii: quas nuper peniculate sa  
tis opinor ac diligenter recognoui: formis excuden  
das Impressori sub tuo nomine tradidi: Tibiq; hac  
epistola nūcupatim dīcaui. ut pignus sit mea erga  
te beniuolentiæ sempiternum: Te hortor & pro au  
ctoritate qua doctor apud discipulū pollere debet  
moneo/precipio: ut hæc Plinii epistolas habeas cō  
tinēter In manibus: Vt hoc sit Enchiridion tuum.  
ut horum librorum helluo sis / eosque legendo con  
teras / id quod in Pædia Cyrrī Scipionem africa  
num & M. Tullium fecisse accepimus. erit id Co  
mendæ linguæ latinitatīq; elegantīæ cuius sititor  
es / tam conducibile q̄ quod maxime. Vale & dili  
ge doctorem.



3

C. CAECILII PLINII SECVNDI EPIST.  
LIBER PRIMVS.

C. Plin. Septicio .S.

f Requenter hortatus es ut epistolas si  
quas paulo cura maiore scripsissem/  
colligerem/publicaremq; collegi: nō  
seruato temporis ordine: Neq; enim  
historiam componebā: sed ut quæq;  
in manus uenerāt. Superest ut nec te cōsiliū nec me  
pœniteat obsequiū: ita. n. fiet ut eas q̄ adhuc negle-  
ctæ iacēt: requitā: & si quas addidero nō supprimā.

C. Plin. Arriano .S.

q Via tardiozem aduentū tuum prospicio: si  
brum quem prioribus epistolis promiserā  
exhibeo: hunc rogo ex cōsuetudine tua &  
legas: & emendes: eo magis q̄ nihil unq̄ pæque eo/  
dem stilo scripsisse uideor. Tentauī .n. imitari De-  
mosthenem semper tuum nuper meū/dūtaxat figu-  
ris orationis. Nam uim tātā uerborum q̄ possum:  
nec materia ipsa huic ( Vereor ne improbe dicam )  
emularioni repugnauit. Erat enim prope tota in cō-  
tentione dicēdi: quod me longe desidiæ indormien-  
tem excitauit ( si modo is sum ego ut excitari pos-  
sim ). non tñ omnino Marci nostri τὰς ἀκρίβειας  
Fugimus: quotiens paulum itinere decedere nō in-  
tempestiuis amenitatibus submonebamur: actes. n.

*Demosthenes*

*ἀκρίβειας*



in alto isto pinguiq; secessu studiis asseris. hoc sit  
negotium tuum/hoc otium/hic labor/hæc qes/in his uigi  
lia/in his et somnus reponat/effinge aliquid & excu  
de quod sit perpetuo tuum.nam reliqua regere tuam post te  
alium atq; alium dominum sortientur:hoc nunq; de  
sinet esse/si semel ceperit/tuum.Scio quem animum quod  
hortor ingenium/tu modo enitere ut tibi ipse sis tan  
ti quanti uideberis aliis/si tibi fueris.

C.P.Pompeia Celerinae socru. S.

Vantum copiarum in Oriculano/in Nar  
nienfi/in Carseolano/in Perusino tuo. In  
Narnienfi uero etiam balineum: ex epi  
stolis meis/Nam iam tuus opus non est/una illa bre  
uis & uetus sufficit/non mehercule.ta mea sunt quae  
mea sunt quam quae tua/hoc tamen differunt:quod solici  
tius & intentius tui mei quam mei excipiunt. Idem for  
tasse eueniet tibi si quando in nostra diueteris.quod  
uelim facias/primum ut perinde nostris rebus/ac  
nos tuus perfruaris/deinde ut mei expergiscantur  
aliquando/qui me secure ac prope negligenter expe  
ctant.Nam initium dominorum apud seruos ipsa  
consuetudine metus exolefcit/nouitatibus exci  
tantur:probariq; dominis per alios magis quam per se  
ipfos laborant.

C.P.Voconio Romano.S.

u Idisti ne quem M. Regulo timidiorem/  
humilioreq; post Domitiani mortem? sub

a iiii

Sed rectiora cepit uereri ne uibi iraceret. nec falle  
batur. irascebar. Rustici Aruleni periculū fouerat.  
exultauerat morte: adeo ut librū recitaret. publica  
retq; in quo rusticum insectatur atq; etiā Stoicorū  
Simiam appellat. adiicit Vitelliana cicatrice stig  
mosum. Agnoscis eloquentiā Reguli. lacerat He  
renium senecionē tam intemperanter quid ē: ut dix  
rit ei Metus Carus: Quid tibi cum meis mortuis?  
Nūquid ego Crasso aut Cāmerino molestus sum?  
quos ille sub Nerone accusauerat. Hac me Regu  
lus dolenter tulisse credebat. ideo q; etiā cum recita  
ret librū non adhibuerat. Præterea reminiscabatur  
q̄ capitaliter me ipsum apud centū uiros laceffisset.  
Aderam Arionillæ Timonis uxori rogatu Aruleni  
rustici: Regulus contra: nitebamur nos in parte cau  
sæ sententia Metii Modesti optimi uiri: Is tū in exi  
lio erat a Domitiano relegatus. Ecce tibi Regulus:  
quæro inquit Secunde: quid de Modesto sentias?  
Vides quod periculum si respondissem bene. quod  
flagitiū si male. nō possum dicere aliud tunc mihi q̄  
deos adfuisse. Respōdebo inquā qd sentiā si de hoc  
Centū uiri iudicaturi sunt. Rursus ille. quæro quid  
de Modesto sentias. Itē ego. solebāt testes in reos.  
nō in dānatos interrogari. Tertio ille. nō iam qd de  
Modesto Sed qd de pietate Modesti sentias quæ  
ro. quæris inquā qd sentiā. at ego ne interrogare q̄

gmo/ul :-

olator/seri :-

ap/ital :-

laus & gratulatio secuta est. q. nec famā meā aliquo  
 respōsoni fortasse inhonesto tñ laeseram / nec me  
 laqueis tam insidiosæ interrogationis inuolueram.  
 Nunc ergo conscientia exterritus adprehēdit Cæ-  
 lium celerē: mox Fabiū Iustum: rogat ut me sibi re-  
 concilient. nec contentus peruenit ad Spūrinam:  
 huic suppliciter (ut est cum timet abiectissimus) ro-  
 go inquit mane Videas Plinium domi: sed plane  
 mane. neq. n. diutius sollicitudinē ferre possūm / &  
 quoquo modo efficias ne mihi irascatur. Euigila-  
 ueram: nūcius ait Spūrina uenio ad te. imo ego ad  
 te / Coimus in porticu Liuiæ / cū alter ad alterū ten-  
 deremus / exponit Reguli mādata / addit p̄ces suas /  
 ut decebat optimū uirum p̄ dissimillimo. parce in-  
 quiens. cui ego / dispicias ipse quid renūciandū re-  
 gulo putes / te decipi à me nō oportet: expecto Mau-  
 ricū: nōdum. n. ab exilio uenerat / Ideo nihil alteru-  
 tram in partē respōdere tibi possūm / facturus qcqd  
 ille decreuerit. Illū. n. eē huius consilii ducē / me co-  
 mitē decet. Paucos post dies ipse me regulus conue-  
 nit in p̄toris officio / illuc p̄secutus secretū petit: ait ti-  
 mere se ne aīo meo penitus hæreret / qd̄ in Centum-  
 Virali iudicio aliquādo dixisset / cū respōderet mi-  
 hi & Satrio Rufo / Satrius Rufus cui est cū Cice-  
 rone emulatio / & q̄ contētus nō est eloquētia seculi  
 nostri: respōdi nūc me intelligere maligne dictum:

*Laqueis tñ  
 interrogatio*

*Optimū p̄ dicit*

quia ipse confiteretur. Ceterum potuisse honorifi-  
 cum existimari. Est. n. inquam mihi cum Cicerone  
 æmulatio nec sum cōtentus eloquētia seculi nostri.  
 Nam stultissimū credo ad imitandum non optima  
 quæq; pponere. Sed tu q̄ huius iudicii meministi  
 cur illius oblitus es in quo me iterogasti? quid de  
 Metii Modesti pietate sentirem? expalluit notabi-  
 liter quāuis palleat semp; & hæsitabūdus inqt̄ inter  
 rogavi nō ut tibi nocerē; sed ut modesto. Vide ho-  
 minis crudelitatem q̄ se non dissimulet exuli nocere  
 uoluisse. Subiūxit egregiā causam. Scripsit inqt̄  
 epistolam quandā: quæ apud Domitianum recita-  
 ta est. Regulus omnium bipedum neq̄ssimus. qd̄ q̄  
 dem Modestus uetissime scripserat. hic fere sermō  
 nis terminus; neq; n. uolui progredi longius; ut mi-  
 hi omnia libera seruarē; dum Mauricus uenit. Nec  
 me præterit esse Regulū ακαθαίρετος. Est enim  
 locuples factiosus; curatur a multis; timetur a plu-  
 ribus; quod plerūq; fortius amore est. Potest tamē  
 fieri ut hæc concussa labātur; nam gratia malorum  
 tam infida est; q̄ ipsi. Verum ut idem dicam sæpius  
 expecto Mauricum. uit est grauis; prudens; multis  
 experimentis eruditus; & qui futura possit ex præ-  
 teritis præuidere. Mihi & tentandi aliqd̄ & quiescē-  
 di illo auctore ratio constabit: hæc tibi scripsi: quia  
 æquum erat te pro amote mutuo non solū oīa mea  
 facta dictaq; / uerū etiam consilia cognoscere.

me cum Cicerone  
 æmulatio.

habitus: -

r. nonor p̄t̄r̄q; f̄m̄  
 uid. Quid i. g. f. f. f.  
 am. S. r. l. i. n. c. e. s. t.  
 s. m. o. r. a. u. g. e. t. a. n. d. e.  
 t. a. m. l. u. c. a. n. d. e. u. t.  
 o. r. e. t. i. m. p. l. e. g. i. s. t. e. r.

E)

C.P.Tacito.S.

Idebis & licet rideas : ego ille quem nosti  
 apros tris: & quidem pulcherrimos capi:  
 ipse inquis: ipse: non tamē ut omnino ab  
 inertia mea & quiete discederem / ad retia sedebam:  
 erat in proximo non uenabulum aut lancea / sed sti-  
 lus & pugillares: meditabar aliqua: enotabamq;: ut  
 si manus uacuas / plenas tamen ceras reportarem.  
 Non est quod contēnas hoc studendi genus. mi-  
 rum est ut animus agitatione / motuq; corporis ex-  
 citetur: iam undiq; silua & solitudo: ipsumq; il-  
 lud silentium quod uenationi datur magna cogi-  
 tationis incitamenta sunt: proinde cum uenabere  
 licebit auctore me / ut panariū & lāgūculam sic etiā  
 pugillares feras / experieris nō Dianā magis mō-  
 tibus q̄ Mineruam inerrare. Vale.

C.Pli.Octauio Rufo .S.

Idē in quo me fastigio collocaris: cū idē  
 mihi potestatis: idemq; regni dederis: qđ  
 Homerus Ioui optimo maximo τωδε

τεροῦ μεν εδωκε πατηρ ετεροῦ δαμενευσε.  
 Nam ego quoq; simili nutu ac renutu responderē  
 uoto tuo possum. Etenim sicut fas ē mihi: mihi p̄-  
 fertim te exigente / excusare beticis contra unū ho-  
 minē aduocationē: ita nec fidei nostræ: nec cōstātiæ  
 quā diligis conuenit: adesse contra prouintiā: quā  
 tot officis: tot laboribus: tot etiam periculis me:

Stellus

Hi spiritus

Homerus

Hut?  
Remut?

is aliquando, deuinxerim. Tenebo ergo hoc temperamentū: ut ex duobus quoque alterutrum petis, eligam id potius: in quo non solum studio tuo uerum etiam iudicio satisfaciā. Neque enim tan prope mihi considerandum est: quid uir optimus in presentia uelis, quam quid semper probaturus: me circa idus Octobris spero Romam futurum: eademque hæc presentem causa tua Aquilio Gallo confirmatus: cui tamē iam nunc licet spondeas de aīo meo. ἢ καὶ κινῆσις ἐπιφροσύνη μευτε κρομῶν. Cur enim non usquequaque homericis uersibus agam recū? quatenus tu me tuis agere non poteris: quoque tanra cupiditate ardeo ut uidear hac sola mercede posse corrumpi, ut uel contra Bericos adsim. pene perterii quod minime pertereundum fuit: accepisse me cariotas optimas, quæ nunc cum ficis & bouletis certamen habent.

C. P. Pompeio Saturnino. S.

**P** Ero propterea mihi reddita tua sunt litterarum quibus flagitabas: ut tibi aliquid ex scriptis meis mittere, cum ego id ipsum destinasset. Addidisti ergo calcaria sponte curreti: pariterque & tibi ueniam recusandi laboris: & mihi exigendi uerecundiam sustulisti. nam nec me timide uti decet eo quod oblatum est, nec re grauari quod deponoscisti. Non est tamen quod ab homine desidioso aliquid noui operis expectes. Periturus sum. n. ut rursus uaces sermōi: quæ apud municipes meos habui bibliothecam de-

*cariotas in  
s certantes.*

*in  
con. in p. add.*



dicaturus. Memini quidem te iam quædam adnotaſſe: ſed generaliter, ideo nunc rogo: ut non tantum uniuerſitati eius attendas. Verũ etiam particulas quæ ſoles lima perſequaris. erit enim & poſt emendationem liberum nobis uel publicare uel continere.

Quinimo fortasſe hanc ipſam cunctationem in alterutram ſententiam emendationis ratio deducet: quæ aut indignum editione: dum ſæpius retractat inueniet: aut dignũ dum id ipſum experit efficiet: quãquã huius cunctationis meæ cauſæ nõ tam in ſcriptis: quàm in ipſo materiæ genere conſiſtunt. Eſt enim paulo glorioſius & latius. onerabit hoc modeltiã noſtrã etiam ſi ſtilus ipſe preſſus demifſuſque fuerit: propter ea quæ cogimur: cum de munificentia parentum noſtroꝝ tum de noſtra diſputare. anceps hic & lubricus locus eſt: etiam cum illi neceſſitas lenocinetur. & enim ſi alienæ quoque laudes parum æquis auribus accipi ſolent: quæ difficile eſt obtinere: ne moleſta uideatur oratio de ſe: aut de ſuis differentis. Nam cum ipſi honeſtati: tum aliquãto magis gloriæ eius predicationique inuidemus: atque ea demum recte facta minus detorquemus & carpinus: quæ in obſcuritate & ſilentio reponuntur. Quæ ex cauſa ſæpe ipſe mecum nobis ne tantum quicquid eſt iſtud cõpoſuiſſe: an & aliis dbeamus ut nobis: admonet illud quoque quod pleraque quæ ſunt agendæ rei neceſſaria: eadẽ pacta: nec utilitatẽ parẽ nec grãam retinet. ac ne lógicõ exẽpla repe

*uiniſſe*

*Glorioſius*

*Lubricus*

*Detorquetur*

tamus: quid utilius fuit: quod munificentiae ratione etiam  
 fuso prosequi? Per hoc enim assequebamur: primum  
 ut honestis cogitationibus immoraremur. deinde ut pul-  
 chritudinem illarum longiore tractatu puerem.

*largitionis comitem*  
 Postremo: ut subitae largitionis comitem peniten-  
 tiam caueremus. Nascebat ex his exercitatio quae-  
 dam contemnendae pecuniae. Nam cum omnes ho-  
 mines ad custodiam eius natura restrinxerit: nos con-  
 tra multum ac diu pensitatus amor liberalitatis com-  
 munibus auaritiae uinculis eximebat: tantoque lauda-  
 tior munificentia nostra fore uidebat: quod ad illam  
 non impetu quodam: sed consilio trahebamur. Acce-  
 debat his causis quod non ludos aut gladiatores: sed an-  
 nuos sumptus in alimenta ingenuorum pollicebamur.  
 Oculorum porro & aurium uoluptates adeo non egent  
 commedatione: ut non tam incitari debeant oratione quam  
 reprimi. Ut uero aliquis libenter educationis tedium  
 laboremque suscipiat: non premiis modo: uerum etiam  
 exquisitis adhortationibus impetrandum est. Nam si  
 medici salubres sed uoluptate carentes cibos blan-  
 dioribus alloquiis prosequuntur: quanto magis dei-  
 cuit publice consulentem uerilissimum munus sed non  
 perinde popolare comitate orationis inducere: praer-  
 ferim cum enitendum haberemus ut quod parentibus  
 daretur: & orbis probaretur. honoremque paucorum cae-  
 teri patienter & expectarent & mirarentur. sed ut tunc  
 communibus magis commodis quam priuatae iactantiae

studebamus cum intentionem effectumq; muneris  
 nostri uellemus intelligi: ita nunc in ratione eden-  
 di ueremur ne forte non aliorum utilitatibus sed p-  
 priae laudi seruisse uideamur. Præterea meminim⁹  
 quanto maiore animo honestatis in conscientia fru-  
 ctus: q̄ in fama reponat. sequi enim gloria non ap-  
 peti debet: nec si casu aliquo non sequat. idcirco  
 q̄ gloria meruit minus pulchrum est. ii uero qui be-  
 nefacta sua uerbis adornant: non ideo prædicari ga-  
 facerint: sed ut prædicarent facisse creduntur. Sic  
 quod magnificum referente alio fuisse: ipso q̄ ges-  
 serit recensente uanescit. homines enim cum rem d-  
 struere non possunt iactationem eius incessunt: ira  
 si silenda faceris factum ipsum: Si laudanda nō si-  
 leas: ipse culparis. Me uero peculiaris quædam im-  
 pedit ratio: & enim hunc ipsum sermonem nō apd  
 populum: sed apud Decuriones habui: nec in ppatu  
 lo sed in curia. Vereor ergo ut sit satis congruēs: cū  
 in dicendo assentationem uulgi: acclamationemq;  
 defugerim: Nunc eadem illa editione sectari: cum  
 que plebem ipsam cui consulebatur limine curiæ pa-  
 rietibusq; discreuerim: ne quam in speciem ambitio-  
 nis inciderem: nūc eos etiam ad quos ex munere no-  
 stro nihil pertinet præter exemplum uelut obuia as-  
 sentatione conquirere: habes cunctariōis meæ cau-  
 sas: obsequar tamen consilio tuo: cuius mihi aucto-  
 ritas pro ratione sufficiet.

Gloria seq: nō app  
 e quid obsequor  
 aut mō aboe

27

Ambrosius

## C. P. Minutio Fundano. S.

m Irum est q̄ singulis diebus in urbe ratio aut  
 constet aut constare uideatur: Pluribus cum  
 Etisq; non constet: nam si quem interrogas: hodie  
 quid egisti? respondeat officio togæ uirilis interfui:  
 sponsalia aut nuptias frequentavi: ille me ad signā  
 dum testamentum: ille in aduocationem: ille in con-  
 siliū rogauit. hæc quo die faceris necessaria: ea/  
 dem si quotidie facisse te reputes: inania uidentur:  
 multo magis cum secesseris. tunc enim subit recor/  
 datio: quot dies q̄ frigidis rebus absumpsi: quod e/  
 uenit mihi postq̄ in Laurentino meo aut lego aliqd/  
 aut scribo: aut etiā corpori uaco: cuius futuris ani/  
 mus sustinetur: nihil audio quod audisse: nihil di/  
 co quod dixisse peniteat. Nemo apud me quēq̄ fini/  
 stris sermonibus carpit. neminem ipse reprehendo  
 nisi unum me: cum parum commode scribo. nulla  
 spe: nullo timore sollicitor: nullius rumoribus inger/  
 tor: mecum rātū & cum libellis loquor: O tectā sin/  
 ceramq; uitam: o dulce ocium honestūq; atq; pene  
 omni negotio pulchrius. o mare. o litus uerum secre/  
 tumq; *μουσειον* q̄ multa inuenitis q̄ multa dictatis.  
 proinde tu quoq; strepitū istū: inanemq; discursum  
 & multum ineptos labores ut primum fuerit occa/  
 sio relique: teq; studiis uel ocio trade. Satius est enī  
 ut Atilius noster eruditissime simul & facetissime di/  
 xit ociosum esse q̄ nihil agere.

*hinc sequitur*

*de poris eius*

*de memoria eius*

*de ore*

*Ma*

## C. P. Arrio Clementi. S.

s I quādo Vrbs nostra liberalibus studiis  
 floruit: nūc maxime floret. multa claraq;  
 exempla sunt: suffecerit nobis unū / Euphrates Phi  
 losophus. hunc ego in Syria / cū adolescentulus mi  
 litarem: penitus & domi inspexi: amariq; ab eo la  
 boravi & si non erat laborandū. Est. n. obuius & ex  
 positus plenusq; humanitatis quā p̄cipit / atq; utinā  
 sic sp̄em ipse: quā tunc ille de me cōcepit impleue  
 rim: Vt ille multum uirtutibus suis addidit / At ego  
 nunc illas magis miror: q̄a intelligo: quanq̄ ne nūc  
 quidē satis: Vt enim de pictore: sculptore: fictores:  
 nisi artifex iudicare: ita nisi sit sapiēs nō pōt p̄spice  
 re sapiētē: quantū tñ datat mihi in Euphrate cerne  
 re: multa sic eminēt & elucēt: ut mediocriter quoq;  
 doctos aduertant & adficient. Disputat subtiliter /  
 grauiter / ornate / ac frequenter / et Platoniam illam  
 sublimitatem & latitudinem effingit: Sermo est co  
 piosus & uarius: dulcis imprimis: & q̄ repugnantes  
 quoq; ducat & impellat. Ad hęc p̄ceritas corporis:  
 decora facies: demissus capillus: ingens & cana bar  
 ba: quæ licet fortuita & inania putēt / illi tñ plurimū  
 uenerationis acq̄unt: nullus horror in uultu: nulla  
 tristitia: multū seueritatis reuetearis / ut occurſū n̄ te  
 formides / uitæ sanctitas sūma: comitas par: insecta  
 tur uitia: nō hoies: nec castigat errantes / sed emen  
 dat: sequaris monentem attentus & pendens. & p̄

b

amari Eup  
 phi.

Euphrates  
 Sicut

Platoniam  
 & latitudinem

Venerabile

Venerabile  
 dulce deus  
 meo coepit dicitur

et p̄ceritas  
 et p̄ceritas

suaderi tibi etiam cum persuaserit cupias. Iam ue-  
 ro liberi tres / duo mares / quos diligentissime insti-  
 tuit: socer Póperius Tullianus cū cætera uita: tum uel  
 hoc uno magnus & clarus: qđ ipse prouinciæ prin-  
 ceptus hunc inter altissimas cōditiones generi nō ho-  
 noribus principē: sed sapientia elegit. quanq̄ quid  
 ego plura de uiro quo mihi frui nō licet: an ut ma-  
 gis angar: quod nō licet? nam distringor officio / ut  
 maximo sic molestissimo. Sedeo pro tribunali: sub  
 noto libellos / conficio tabulas: scribo plurimas sed  
 illiteratissimas litteras. soleo nōnunq̄: Nam id ipm  
 contigit: de his occupatiōibus apud Euphratē que-  
 ri. ille me consolatur. affirmat etiā esse hanc philo-  
 sophiæ & quidē pulcherrimā partē / agere negociū  
 publicum / cognoscere / iudicare / promere & exerce-  
 re iusticiam. Quæq; ipsi doceant in usu habere / mi-  
 hi tamē hoc unū non psuadet: fatius esse ista facere:  
 q̄ cū illo dies totos audiendo / discendoq; consume-  
 re. Quo magis te cui uacat / hortor / cum in urbem p-  
 xime ueneris (uenias aut ob hoc maturius) illi te ex-  
 colendum / limandūq; pmittas. Neq; n. ego ut mul-  
 ti in uideo aliis bonū quo ipse careo: sed contra / sen-  
 sum quendam / uoluptatemq; pcipio / si ea quæ mi-  
 hi denegantur amicis uideo superesse.

C. P. Fabio Iusto .S.

- o Lim mihi nullas epistolas mittis. nihil est  
 inquis qđ scribā, at hoc ipsum scribe: ni-

*noto libellos:*

*bars pulcherr.*

*uideo alijs bonis:*

*ni  
ho  
lo*

hil esse qd̄ scribas uel solū illud unde priores inci-  
pere solebant: Si uales bene ē: ego ualeo. hoc mihi  
sufficit. Est. n. maximū ludere me putas: serio peto.  
fac scia quid agas: quod sine sollicitudine summa  
nescite non possum. Vale.

C. P. Calestrio Tyroni. S.

i Acturā grauissimā feci: si iactura dicēda  
est tāti uiri amissio. Decessit Corelius ru-  
fus & qd̄ sponte: qd̄ dolorē meū exulcerat. Est. n.  
luctuosissimū genus mortis: quæ nō ex natura. nec  
fatalis uidet̄. Nā utcunq; in illis q morbo finiunt̄  
magnū ex ip̄a necessitate solatiū ē. In iis uero quos  
accersita mors aufert: hic in sanabilis dolor ē: qd̄ cre-  
duntur potuisse diu uiuere. Coreliū quidē summa  
ratio (quæ sapiētib; p̄ necessitate est) ad hoc confi-  
lium compulsi: quanq̄ plurimas uiuendi causas ha-  
bentē: optimā famam / maximā auctoritatē / p̄terea  
filiā / uxorem / nepotē / sutores: interq; tot pignora ue-  
ros amicos. sed rā longā / tā iniqua ualitudine cōfli-  
ctabat̄ ut hæc tanta p̄cia uiuēdi / mortis rōnibus uir-  
cerent̄. Tertio & xxx. anno / ut ipsum audiebā per-  
dum dolore correptus est / patrius hic illi / Nam ple-  
rumq; morbi quoq; per successiones quasdam ut  
alia / traduntur. hunc abstinentia sanctitate quoad  
uiridis ætas uicit & fregit: nouissime eum sene-  
ctute ingrauescentem uiribus animi sustinebat.  
Cum quidē. incredibiles cruciatus & indignissima

De motu

nsamolis

Inuolucris a legi

domus inclinante

Respondere

Morbi p̄ uer

tormēta pateretur. iam. n. dolor non pedibus solū  
 ut prius insidebat: sed omnia membra peruagaba-  
 tur. ueni ad eum Domitiani temporibus ī suburba  
 no iacentem. serui e cubiculo recesserunt (habebāt  
 enim hoc moris) quoties intrasset fidelior amicus)  
 qui etiam uxor (quanquā oīs secreti capacissima)  
 digrediebatur. circūtulit oculos & cur inquit me pu-  
 tas hos tantos dolores tam diu sustinere? ut scilicet  
 isti latroni uel uno die sup̄sim. dedisses huic animo  
 par corpus. fecisset qđ optabat. affuit tamē deus uo-  
 to. cuius ille compos ut iam securus liberq; moritu-  
 rus. multa illa uitæ. sed minora retinacula abruptit.  
 increuerat ualitudo quā tempantia mitigare tenta-  
 uit: pseuerantem cōstantia fugit. iam dies alter ter-  
 tius q̄rtus. abstinebat cibo. Misit ad me uxor eius  
 Hispulla cōmunem amicū. C. Geminiū cū tristissi-  
 mo nuntio destinasse Corelium mori. nec aut suis  
 aut filia p̄cibus inflecti: solum superesse me. a quo  
 reuocari posset ad uitam. Cucurri. petucneram in p-  
 ximum: cū mihi ab eadem Hispulla Iulius Atticus  
 nūtiat nihil iam ne me quidē impetratus: tam ob-  
 stinate magis ac magis induruisse. dixerat sane me-  
 dico admoventi cibū ΚΕΚΛΗΚΑ. Quæ uox quātum  
 admirationis in animo meo: tantum desiderii reli-  
 quit. Cogito quo amico: quo uiro caream. Impleuit  
 quidem annum. vii. & .lx. quæ ætas etiam robustis-  
 simis satis longa est. Scio quæ sit perpetuam ualitu-

or  
 cū seruo Cabanis

domini ibi



dinem. Scio decessit superstitibus suis florēte re pū  
 blica: quæ illi omnibus carior erat. Et hoc scio: ego  
 tamen tanq̄ iuuenis & firmissimi mortē doleo. do  
 leo autem licet me imbecillum putes: meo nomie.  
 amici enim uitæ meæ testē rectorē magistrū. In sū  
 ma dicam quod recēti dolore cōtubernali meo Cal  
 uisio dixi. Vereor ne negligentius uiuam: proinde  
 adhibe solacia mihi: non hæc. Senex erat. infirmus  
 erat: hæc enī noui. sed noua aliqua: sed magna: quæ  
 audierim nunq̄/legetim nūq̄: nam quæ audiui quæ  
 legi spōte succurrūt: sed tāto dolore supant̄. Vale.

C. P. Sosio Senecioni. S.

*Contuberna*

*Curator  
audirebat post*

*Cont:*

*profano*

m Agnum prouenrum Poetarum ānus hic  
 attulit. Toro mēse Aprilī nullus fere dies  
 quo non recitaret aliquis. Iuuat me q̄ uigēt studia.  
 proferunt se ingenia hominum/ & obstētant. tā & si  
 ad audiendum pigre coitur: pleriq̄ in stationib̄ se  
 dent: tempusq̄ audiendis fabulis conterūt: ac sub  
 inde sibi ānunciari iubent: an iam recitator intraue  
 rit: an dixerit præfationem: an ex magna parte euol  
 uerit librum: tunc demum ac tunc quoq̄ lente cun  
 ctanterq̄ ueniunt: nec tamen permanent: sed ante  
 finem recedunt. Alii dissimulanter & furū. Alii sim  
 pliciter & libere. At mehercule memoria parentum  
 Claudium Cæsarem ferunt cum in palatio spatiare  
 tur audissetq̄ clamorem/ causam requisisse. Cūq̄  
 dictū esset recitate Nonianū: subitum recitāti ino

pinatūq; uenisse. nūc ociosissimus qsq; multo ante  
 rogatus & identidem adinonitus aut nō uenit / aut  
 si uenit querit se diem (quia nō pdiderit) pdidisse.  
 Sed tāto magis laudandi pbādiq; sunt: quos a scri-  
 bēdi recitandiq; studio hęc auditorū uel desidia uel  
 supbia nō retardat. eqdē ppe nemini defui. erāt sa-  
 ne pleriq; amici. Neq; n. est fere qsq; q studia ut nō  
 simul & nos amet. His ex causis lōgius q destinaue-  
 ram tempus in urbe consumpsi; possum iam repete-  
 re secessum & scribere aliquid quod nō recitem: ne  
 uidear quorū recitatōibus adfui non auditor fuisse  
 sed creditor. nam ut in ceteris rebus ita in audiendi  
 officio perit gratia / si reposcatur. Vale.

C. P. Iunio Maurico. S.

**P** Etis ut fratris tui filiae pspiciā maritū / quod  
 merito mihi potissimū iniūgis. Scis. n. qto-  
 pere summū illū uirū suspexerim dilexerimq;. qbo  
 ille adolescentiā meam exhortatōibus fouerit. Qui-  
 bus & laudibus / ut laudandus uiderer effecerit. Ni-  
 hil ē qdē qd'a te mandari mihi aut maius aut grati-  
 us / nihil hōestius a me suscipi possit / q ut eligam iu-  
 uenē ex quo nasci nepotes Aruleno Rustico dceat.  
 Qui qdem diu quærēdus fuisset nisi paratus & qsi-  
 puus esset Municius Acilianus: q me ut iuuenis  
 iuuenem (est enim minor pauculis ānis) familiaris-  
 sime diligit / reueret' ut senem. nam ita informari a

Brixia

Pataui

Necessitas an

senatorius de

castitas/puella

9

cc

cc

cc

cc

me & institui cupit/ut ego a uobis solebā. Patria est  
 ei Brixia ex illa nostra italia: quæ multū adhuc uere  
 cūdiā/frugalitatis/atq; etiā rusticitatis antiquæ reti  
 net ac seruat. Pater Muncius Macrius equestris or  
 dinis princeps q̄a nihil altius uoluit/allectus enim a  
 diuo Vespasiano inter p̄torios honestā getem huic  
 nostræ ambitioni dicā an dignitati constātissime p̄  
 tulit. Habet auia maternā Serranā p̄culā e Muni  
 cipio Pataui. Nosti loci mores: Serrana tñ Pataui  
 nis quoq; seueritatis exemplū est. Contigit & auu  
 culus ei. P. Acilius/grauitate/prudentia/fide/prope  
 singulari. In summa nihil erit in domo tota quod n̄  
 tibi tanquā in tua placeat. Aciliano uero ipsi pluri  
 mum uigoris industria/q; in maxima uerecundia  
 quaesturā:tribunatū/praturā honestissime p̄cur  
 rit: ac iam pro se tibi necessitatem ambiēdi remisit.  
 Est illi facies liberalis: multo sanguine/multo ru  
 bore suffusa. est ingenua totius corporis pulchritū  
 do:& quidam Senatorius decor: quæ ego nequa  
 quam arbitror negligenda. Debet enim hoc casti  
 tati puellarum quasi præmium dari: nescio an adiri  
 ciam eē patri eius amplas facultates: nam cum ima  
 ginor uos: quibus quarimus generum: silendum  
 de facultatibus puto: cum publicos mores atq; etiā  
 leges ciuitatis intueor/quæ uel imprimis census ho  
 minū spectandos arbitratur/ne id qdē prætereūdū  
 uidet & sane de posteris & his plurib; cogitātī: hic

quoq; in conditionibus diligendis ponendus ē calculus/ tu fortasse putas me indulisse amori meo: supraq; ista q̄ res patit̄ sustulisse: at ego fide mea sp̄o deo futuro: ut oīa longe ampliora q̄ a me p̄dicant̄ inuenias. Diligo qdē adolescentē ardentissime sicut meret̄: Sed hoc ipsum amantis est nō onerare eum laudibus. Vale.

C.P. Septicio Claro. S.

*ad assem*  
 Eus tu: pmittis ad cenā nec uenis: Dicitur ius ad assem. impendiū reddes. nec id modi cū. Paratae erāt lactucae singulae/ cochleae ternae/ oua bina/ alica cū mulso & niue: Nā hāc quoq; cōputabis/ imo hanc iprimis/ quae perit̄ i ferculo. oliuae. Betacei/ cucurbite/ bulbi: alia mille nō mius lauta. Audi dices comedum uel lectorem uel lyristen: uel quae mea liberalitas: oēs. At tu apud nescio quē ostreat/ uuluulas/ echinos/ gaditana maluisti. dabis p̄enas/ nō dico quas/ dure facisti. Inuidisti nescio an tibi certe mihi/ sed tamen & tibi. Quantum nos. luisse mus/ risissemus/ studuissemus. pores apparatus coenare apud multos: nusq; hilarius/ simplicius/ incauti/ in summa experire: & nisi postea te aliis potius excusaueris/ mihi semp excusa.

D.P. Erucio. S.

*:- Dura :-*  
*ntina.*  
 a Mabam Popeiū Saturninū (hunc dico nostrū) laudabāq; eius ingeniu: ēr anteq̄ scire quarium/ q̄ flexibile/ q̄ multiplex esset/ nūc uero to-

13  
Lau pōpri

Subt

A dūctio

D/  
aut 9 aut  
mō solut 9

tum me tenet/habet/possidetq; audiui quāsdā cau-  
 : fas agentē acriter & ardēter:nec minus polite:& or-  
 nate/siue meditata siue subita pferret.Adsunt acu-  
 : ta crebraq; sententiæ/graui & decora cōstructio:  
 : sonantia uerba & antiqua . Omnia hæc mire pla-  
 cēt:cū ipetu quodā & flumine puehunt :placent si  
 retrectent :senties quod ego/cū orōnes eius in ma-  
 nus sumpseris/quas facile cui libet ueterū:quoq; est  
 æmulus:cōpabis.Idem tamen ī historia tibi magis  
 satisfaciet uel breuitate/uel luce/uel suauitate /uel  
 splēdore/ēt & sublimitate narrandi. Nā in concioi-  
 bus eadem quæ ī orōnib; uis est:pressior tamen &  
 : circūscriptior & adductior.Præterea facit uersus q;  
 : les Catullus meus aut Caluus:quantum illis lepo-  
 ris dulcedinis amaritudinis amoris īserit. Sane sed  
 data opa mollius leuiusq; duriusculos quosdam:et  
 hoc quasi Catullus aut Caluus.Legit mihi nup̄ epi-  
 : stolas quas uxoris esse dicebat.Plautū uel Terentiū  
 metro solutū legi credidi:quæ siue uxoris sunt ut af-  
 firmat:siue ipsius ut negat/pari gloria dignus : qui  
 aut illa cōponat:aut uxorem quā uirginē accēpit tā  
 doctā politāq; reddiderit.Est ergo mecū p̄ diem to-  
 tū:eundē anteq̄ scribam:eundē cū scripsi:eundē ēt  
 cum remittor nō tāq̄ eūdem lego:quod te quoq; ut  
 facias & hortor & moneo.neq;.n.debet opib; eius  
 obesse quod uiuit/at si inter eos quos nūq̄ uidimus  
 ī toruisset:non solum libros eius uerū etiam imagi-

nes requireremus/eiusdem nūc honor præsentis & gratia quasi facietate languescit. At hoc prauū malignūq; non admirari hominem admiratōe dignissimum: q̄a uidere alloq̄/audire/complecti/nec laudare tantum: Verū etiam amare contingit. Vale.

C.P. Icciano. S.

e St adhuc curæ hominib; fides & officium.

Sunt q; defunctorum quoq; amicos agant: Titinnius Capito ab imperatore nostro impetrauit ut sibi liceret statuā. L. Sillani ī foro pōere: pulchrū & magna laude dignum amicitia p̄cipis ī hoc uti: quātūq; gratia ualeas aliorum honoribus experiri. Est oīno capitonī ī usu claros uiros colere mirū ē q̄ religioē/quo studio imagies Brutor; Cassior; Cato nū/ domi ubi pōt habeat: idem clarissimi cuiusq; uitā egregiis carminibus exornat. Scias ipsum plurimis uirtutibus abūdare q; alienas sic amat. Redditus ē. L. Sillāo debitus honor: cuius īmortalitati capito p̄spexit pariter & suæ: neq; enim magis decore & insigne est statuā ī foro populi Ro. habere q̄ ponere. Vale.

C.P. Suetonio Tranquillo. S.

f Cribis te p̄territum somnio / uereri ne quid aduersi in actione patiaris: rogas ut dilatio nē petā: & paucos dies Certe p̄ximū excusem. difficile ē/ sed experiar και γαρ τομαρεκ Διοσ εστιν. & enim somniū ex loue ē. refert tamen. euētura for

De Somnijs

leas an cōtraria somniare: mihi reputanti somnium  
 meū: istud quod times tu egregiam actionē porten-  
 dere uidet̄. Susceperā causam Iunij Pastoris: cum  
 mihi q̄scenti uisa est socrus mea aduoluta genibꝫ  
 ne agerē obsecrare: & erā acturus adolescētulus ad  
 huc: eram ī quadruplici iudicio: erā contra potentif-  
 simos ciuitatis atq; etiā Cæsaris amicos: quæ singu-  
 la mihi excutere mētē post tam triste somniū pote-  
 rant: ἀγὶ τῆ οιομύστα μέρου. Illud εἰς οὐρανὸν ἀπὸ  
 τοῦ ἀμυροῦ θαι περὶ πατρίου. aio reputans illd̄:  
 unū somniū optimū pugnare pro patria. Nam mi-  
 hi patria & si qd̄ carius patria fides uidebat̄. p̄spere  
 cessit. atq; adeo illa actio mihi aures hominū illa ia-  
 nuam famæ patefecit. proinde dispice an tu quoque  
 sub hoc exēplo somniū istud ī bonū uertas: aut si tu-  
 tius putas illud cautissimi cuiusq; p̄ceptū: qd̄ dubi-  
 tes ne faceris: id ipsum rescribe. aliquam ego Stro-  
 pham iueniam: agamq; causam tuam ut ip̄am age-  
 tu cū uoles possis. Est. n. sane alia rō tua: alia mea fu-  
 it: Nam iudiciū centumuirale differri nullo modo  
 (istud egre q̄dem) sed n̄ pōt.

exrupti mēti

Iamur famę p̄

q̄ dubita-  
faceris

C.P.Romano.S.!

m Vniceps tu incus & condiscipulus & ab i-  
 eunte ætate contubernalis: pater tuus & ma-  
 tri & auunculo meo: mihi etiam q̄tum ætatis diuer-  
 fitas passa est familiaris. Magnæ & graues cau-  
 sæ cur suscipere augere dignitatem tuā debeā. Esse

aut tibi centum milium censum satis indicat quod  
 apud nos decurio es: igitur ut te non decurione solū  
 uerū etiā equite Romāo perfruemur: offero tibi ad  
 implendas equitis facultates. ccc. milia nummū: te  
 memorē huius muneris, amicitiae nostrae diuturni-  
 tas spondet. Ego ne illud quod ad moneo quod admone-  
 re deberem: nisi scirem sponre facturū te: ut dignita-  
 te a me data quā modestissime utare: nā sollicitius cu-  
 stodendus est honor: in quo etiā beneficiū amici tu-  
 endū est. Vale.

C. P. Tacito. S.

f Reques mihi disputatio est cū quodā do-  
 cto homine & pito: cui nihil æque in cāis  
 agendis ut breuitas placet: quā ego custodiendā esse  
 cōfiteor si causā pmitrit: alioq; prauaricatio est tran-  
 sfire dicenda: prauaricatio est cursim etiā breuiter at-  
 tingere quæ sunt inculcanda: infingenda: repetenda:  
 nam plerisq; longiore tractatu uis quædā & pondus  
 accedit. Vtq; corpi ferrū: sic oratio aīo nō ictu: ma-  
 gis q̄ mora imprimit. Hic ille mecū auctoritatibus  
 agit: ac mihi ex græcis oratiōes Lysiae ostētat: ex no-  
 stris Gracchorū Catonisque: quorū sane plurimæ sunt  
 circūcisæ & breues. Ego Lysiae Demosthenē Eschi-  
 nē Periclé multosq; præterea. Gracchis & Caroni  
 Pollionē Cæsare Cæliū & iprimis. M. Tul. oppo-  
 no: cuius oratio optima fert esse quæ maxia: & mei  
 hercule ut aliæ bonæ res: ita bonus liber quisq; me-

decurio

his facultates

fuitate equita  
 pmittit



15  
 quod res qd q

Incomprehensio  
 & disputatio.

Oratio actus  
 plur.

lior est quo maior. Vides ut statuas signa picturas/  
 hominū deniq; multorūq; aīalium formas/arborū  
 etiā: si modo sint decoræ/nihil magis q̄ āplitudo cō  
 mendat. Idem oratiōib; euenit: qn etiā uolumini/  
 bus ipsiſ auctoritatē quādā & pulchritudinē adii/  
 cit magnitudo. Hæc ille multa; alia quæ a me in  
 eandē sniam solent dici: ut est in disputando incō/  
 prehensibilis & lubricus: ita eludit ut contēdat hos  
 ipsos quorū oratiōibus nitat pauciora dixisse q̄ edi/  
 derint: ego contra puto. Testes sunt multæ multorū  
 oratiōes: & Ciceronis pro Murena/pro Vareno: ī  
 quibus breuis & nuda quasi subscriptio quorundā  
 criminū solis titulis indicatur. Ex his apparet illum  
 permulta dixisse/cum edcret omisſisse. Idem p̄ Clu/  
 entio ait se totam causam uetere instituto solū per/  
 orasse. Et p̄ C. Cornelio quamdiu egisse: ne dubi/  
 tare possimus quæ p̄ plures dies ut necesse erat lati/  
 us dixerit: postea recisa ac repurgata in unū librum  
 grandē quidē unum tñ coartasse. At aliud ē actio  
 bona: aliud oratio. scio nōnullis ita uideri. Sed ego  
 forsītā fallor: p̄suasum habeo posse fieri ut sit actio  
 bona: quæ nō sit bona oratio: non posse at̄ n̄ bonā  
 actionē eē quæ sit bona oratio. Est. n. oratio actio/  
 nis exemplar & quasi ἀρχετυπον. Idēo in opti/  
 ma quaq; nulle figuras extēporales inuenimus: in  
 his etiā quas tantū æditas scimus/ut in uerrem. arti/  
 ficem quē: nām recte admones. polycletū eē dice/

bant. Sequitur ergo ut actio sit absolutissima quæ  
 maximæ orationis similitudinē expr̄ssit: si modo iu-  
 stum & debitum tēpus accipiat. quod si neget, nul-  
 la oratoris / maxima iudicis culpa est. Ad sunt huic  
 opinioni meæ leges: quæ longissima tempora lar-  
 giuntur. nec breuitatem dicentibus sed copiā: hoc ē  
 diligentiā suadent: quā p̄stare nisi in angustissi-  
 mis causis nō potest breuitas. Adiciā quod me do-  
 cuit usus magister egregius / frequenter agi / frequē-  
 ter iudicauit / frequēter in cōsilio fui. Aliud alios mo-  
 uet: ac plerumq; patuæ res maximas trahūt. Varia  
 sunt hoīum iudicia / uariæ uoluntates. Inde q̄ eandē  
 causam simul audierūt / sæpe diuersum / interdū idē  
 sed ex diuersis animi motibus sentiunt. Præterea  
 sua quisq; iuentioni fauet: & quasi fortissimū am-  
 plectitur / cū ab alio dictū est qd̄ ipse præuidit. Om-  
 nibus ergo dandū est aliquid qd̄ teneant / qd̄ agno-  
 scant: Dixit aliquando mihi Regulus cū simul ad-  
 essemus: tu omnia quæ sunt in causa putas exequē-  
 da. ego iugulum statim uideo: hunc primo (premit  
 sane qd̄ elegit) sed in eligendo frequenter errat: re-  
 spondi posse fieri ut genu esset aut tibia aut talus /  
 ubi iugulum putaret. At ego in quā qui iugulū pro-  
 spicere nō possum omnia pertēto / omnia experior.  
 παρτα deniq; λιθοῦ κίρω. utq; ī cultura agri nō  
 uineas tātū / uerū etiā cāpos curo & exerceo: utq; in  
 ipsis cāpis nō far aut siliginē solā / sed hordeum fa-

Lio absolutiss. q.

tota oratio arguit.

magis arguit.

v. tum & sa. is.

m.

Copia  
 .1. d. d.  
 q. p. p.

bāq; & cætera legumina sero: sic ī actione plurima  
 q̄si latius sēmīa spargo: ut q̄ puenerit colligā. neq;  
 enī minus imp̄spicua/ incerta/ fallacia sūt iudicū in  
 genia q̄ tēpestatū/ terrarūq;. Nec me p̄terit summū  
 oratorem Periclen sic a Comico Eupolide laudari  
 πρὸς τούτο πειθῶ τις ἐπεκαθήνητο τοῖς χαι/  
 λῆσι. οὕτως ἐκλεῖ καὶ μοῦοσ τῶν ρητορῶν  
 τὸ κερτρου κατελείπε τοῖσ ἀκρωμεμοῖσ. Vez  
 huic ipsi picli nec illa πειθῶ/ nec illud ἐκλεῖ. bre/  
 uitate uel uelocitate/ uel utraq; (differunt. n.) sine fa/  
 cultate sūma cōtigisset. Nā delectare p̄suadere co/  
 piā dicēdiq; spaciū desiderat: relinquere uero acu/  
 leū in audientiū animis is demū pōt q̄ nō pūgit sed  
 infigit/ adde q̄ de eodem picle infigit comicus alter  
 ἡστραπὲν ἐβροῦτα συμεκुकατε πάντα. Nō. n.  
 āputata oīo & abscissa: sed lata/ & magnifica & ex/  
 celsa tonat/ fulgurat/ oīa deniq; pturbat/ ac miscet.  
 Optimus tñ modus ē/ q̄s negat/ sed nō minus n̄ ser/  
 uat modū q̄ īfra rē q̄ q̄ supra/ q̄ astrictius q̄ q̄ effusi<sup>o</sup>  
 dicit: itaq; audis frequēter: ut illd̄ ī modice & redun/  
 danter ita hoc ieiune & infirme. alius excessisse ma/  
 teriā/ alius dī nō īpleffe: æque uterq; sed ille ībecil/  
 litate: hic uirib; peccat. Q̄ d̄ certe & si nō limationis  
 maioris tñ ingenii uitiū est: nec uero cū hęc dico: il/  
 lū homericū. p̄bo ἀμετροεπῆ sed hunc καὶ επ̄τα/  
 ριφα. Δεσσι εοικοτα χειμερισιπ: non quia non  
 & ille mihi ualidissime placeat παυραμερῶν ἀλλὰ

*D  
 Periclis  
 mus*

*Optimus  
 uelocitate*

*Redundans*

*μαλαλιγεωσ*. si tñ det electio illā plenā orationē  
 similem niuibus hibernis: idest crebram & assiduā  
 & largam: postremo diuinā & caelestē uolo. at ē gra  
 tior multis actio breuis: est quidē / sed inertibz: quo  
 rum delicias desiamq; quasi iudicium respicere ri  
 diculum est. Nam si hos in cōsilio habeas nō solū  
 satius est breuiter dicere: sed omnino non dicere.  
 Hæc est adhuc sentētia mea: quā mutabo si dissen  
 seris tu: sed plane cur dissentias explices rogo. quā  
 uis enim cedere auctoritati debeam tuæ: rectius tñ  
 arbitror: in tanta re: rōne q̄ auctoritate superari. Pro  
 inde si non errare uideor id ipsum q̄ uoles breui epi  
 stola: sed tñ scribe. cōfirmabis. n. iudicium meum.  
 si errare: longissimā para. Num corrumpe te: qui tibi  
 si mihi accederes breuis epistolæ necessitatem: si  
 dissentires longissimæ imposui?

C. P. Paterno. S.

u Tu animi tui iudicio: sic oculos plurimū tri  
 buo: non q̄ multū ne tibi placeas: sed q̄  
 tantū quātū ego sapis. Quāq̄ hoc quoq; multum  
 est. omissis iocis credo decentes esse seruos qui sūt  
 empti mihi ex cōsilio tuo. Superest ut frugi sint. qđ  
 de uenalibus melius auribus q̄ oculis iudicatur.

C. P. Catilio Sereno. S.

d Tu iam in urbe hæreo: & quidē attonitus:  
 perturbat me longa & pertinax ualitudo.  
 T. Aristonis: quem singulariter & miror: & diligo.

Nihil est enim illo grauius. sanctius. doctius: ut mihi nō unus homo: sed litteræ ipsæ omnesq; bonæ artes in uno homine summū periculum adire uideantur. q̄ peritus ille & priuati iuris & publici: q̄tum rerum: q̄tum exēploꝝ: q̄tū antiquitatis tenet: nihil est quod discere uelis quod ille docere non possit. Mihi certe quoties aliqd̄ abditum quæro ille thesaurus est: nam quanta sermonibō eius fides: quāta auctoritas: q̄ pressa & decora cunctario? Quid est quod nō statim sciat: & tamē plerūq; hæsitat: dubitat diuersitate rationū: quas acrimagnoq; iudicio ab origine causisq; primis repetit: discernit: expendit. Ad hæc q̄ parcus in uictu: q̄ modicus in cultu. Soleo ipsum cubiculū eius: ipsumq; lectū ut imaginem quādam prisæ frugalitatis aspicere. Ornat hæc magnitudo animi: quæ nihil ad ostentationē. omnia ad conscientiam refert: recteq; facti nō ex populi sermone mercedem: sed ex facto petit. In sūma nō facile quē quā ex istis q̄ sapientiæ studiū habitu corporis præferūt huic uiro cōparābis. Nō. quidē gymnasia aut porticus sectat: nec disputatōibus longis alioꝝ oculū: suūq; delitat: sed i toga negociisq; uersat: multos aduocatione: plures consilio iuuat: nemini tamē istoz castitate: pietate: iustitia: fortitudine et primo loco cesserit: mirareris si iteresses qua patientia hæc ipsam ualitudinem toleret: ut dolori resistat: ut si tim differat: uti incredibile febriū ardorē imotus op̄

T. Arifoo  
max.

PISA & ACOTA

Delirat

Q. patientia ual  
i. u. u. u.

tusq; trāsmittat/nuper me/paucosq; mecum / quos  
 maxime diligit aduocauit:rogauitq; ut medicos cō  
 suleremus de summa ualitudinis:ut si esset in exu/  
 perabilis sponte exiret e uita:si tamen difficilis & lō  
 ga/resisteret maneretq;:dandū n. precibus uxoris:  
 dādū filix lachrymis:dādum etiā nobis amicis : ne  
 spes nostras si mō non essent inanes uolūtaria mori  
 te desereret. Id ego arduū imprimis & prācipua lau  
 de dignum puto/nam impetu quodā & instinctu p  
 currere ad mortem cōmune cum multis/ deliberare  
 uero & causas eius expendere:utq; suaferit rō uitæ  
 mortisq; consilium uel suscipere uel ponere ingētis  
 est animi:& medici qdē secūda pollicent̄. Superest  
 ut promissis deus adnuat/tādēq; me hac sollicitudi  
 ne exoluat/qua liberatus laurentinū meū hoc ē li  
 bellos & pugillares:studiosūq; ocium repetā. nunc  
 enim nihil legere/nihil scribere/aut ad sidenti uacat/  
 aut anxio libet. Habes quid timeā:quid optē:qd ēt  
 ī posterū destinē:tu quid ageris:qd agas:quid uelis  
 agere inuicē nobis sed lætiorib; epistolis scribe:erit  
 cōfusione meæ non mediocre solatiū si tu nihil q̄  
 reris. Vale.

C.P. Pompeio Falconi. S.

cōsulis. an existimem te in tribunatu cau  
 sas agere decere: plurimū refert:qd esse tri  
 būnum putes/inanem umbram & sine honore no  
 meni/ an potestatem sacrosanctā:& quā ī ordinē co

uar p̄cipua d̄q;

adusu ocium :-

fusio :-

tribunū cō d̄q;

gi ut a nullo ita ne a se qdem deceat. Ipse cum tribu-  
nus esse: errauerim fortasse qui me aliqd putauis: sed  
tāq̄ essem / abstinui cau sis agendis: primū qđ de fori  
me arbitrabar: cui assurgere: cui loco cederē oēs oport-  
teret: hunc oībus sedentibus stare: & qui iubere pos-  
set tacere quēcūq̄: huic silentium clepsydra idicis: &  
quem interfari nefas esset: hunc etiā conuicia audiē.  
& si inulta pateretur / inertem / si ulcisceret / insolētē  
uideri. erat hic quoq̄ æstus sed ante oculos: si forte  
me appellasset uel ille cui adesset / uel ille contra  
quē intercederē: an auxilium ferrem: an q̄scerē si-  
lerēq̄: & q̄ si ciurato magistratu priuatū ipse me fa-  
cerem. His rōibus motus malui me tribunū oībus  
exhibere q̄ paucis aduocatum: Sed tu (iterū dicā) plu-  
rimū interest qđ esse tribunū putes: quā personā tū  
bi imponas & quæ sapienti uiro ita aptāda ē ut præ-  
feratur. Vale.

C. P. Bellio Vipsano .S.

t Ranqllus contubernalis meus uult emere  
agellum / quē uenditare amicus tuus dicit: rogo  
cures quāri æquum est emat: ita .n. delectabit  
amisse / nā mala emptio semp ingrata: eo maxime  
q̄ ex pbrare stultitiā dño uidet: si hoc agello: si mō  
arriserit p̄cium / Trāqlli mei stomachū multa sollici-  
tāt / uicinitas urbis / oportunitas uix / mediocritas uil-  
læ / modus ruris / q̄ auocet magis q̄ distringat. Scholar-  
ticis porro (ut hic ē) sufficit abūde tantū soli uirre /

c ii

Siletium Cepsy-  
indiri

Agellus:

Quia q̄stio  
ingrata.

leuare caput:reficere oculos:reptare p̄ limitem:unā  
q̄ semitam terere:omnesq̄ uiticulas suas nosse/ &  
numeraſ arbuſculas poſſint. Hæc tibi expoſui quo  
magis ſcires quantum etiā ille mihi:ego tibi debitu  
rus ſim:ſi prædiolum iſtud quod commendatur iis  
dotibus tam ſalubriter emerit ut penitentiæ locum  
non relinquat. Vale.

C. CAECILI PLINI SECVNDI EPIST.  
LIBER SECVNDVS.

C.P. Voconio Romano .S.

Oſt aliquot ānos inſigne atq̄ memora  
bile.P.R. oculis ſpectaculum exhibuit  
p̄ publicum funus Virginij Ruſi maximi  
& clariffimi ciuis & perinde felicis .xxx.

annis gloriæ ſuæ ſuperuixit .legit ſcripta de ſe car  
mina/legit hitorias/& poſteritati ſuæ interfuit/per  
functus eſt tertio conſulatu / ut ſummum faſtigiū  
priuati hominis impleret / cum principis noluiſſet.  
Cæſares quibus ſuſpectus atq̄ etiā inuiſus uirtuti  
bus fuerat euafit.reliquit incolumē <sup>ſ. p̄ ſuſpectus</sup> optimū atq̄ a  
miciffimum tāq̄ ad hūc ipſum honorem publici fu  
neris reſeruatū:annum tertiuū & octogefimum ex  
ceſſit i altiffima trāq̄llitate pari ueneratōe:uſus ē fir  
ma ualitudine niſi q̄ ſolebāt ei manus tremere ci

Virginij ruſi  
in & mors.



vocā pparant

(Cornelij Tar

tra dolorem tñ. aditus tātū mortis durior longiorq;  
 sed hic ipse laudabilis: Nam cum uocem præpara-  
 ret acturus in consulatu principi gratias / liber ( quē  
 forte accæperat grandiorē ) & seni & stanti ipso pon-  
 dere elapsus est: hunc dum sequit' / colligitq; p læue  
 & lubricum pauimentū fallente uestigio cecidit: co-  
 xamq; fregit: quæ parū apte collocata reluctantē æi-  
 tate male coit. Huius iuri exequiæ magnū ornāmē-  
 tum principi / magnū in seculo / magnū et foro & rōi-  
 stris attulerūt. Laudatus est à cos. Cornelio Tacito /  
 nā hic eius supremus felicitati calculus accessit lau-  
 dator eloquentissimus. & ille quidē plenus annis or-  
 bit' / plenus honoribus / illis etiā quos recusauit: noi-  
 bis in quærēdus ac desiderādus est / ut exemplar uir-  
 tæ prioris. mihi uero præcipue: qui illū non solū pu-  
 ut si me longius euehi uideris in ius uoces ad hanc  
 epistolam meam: & quiescere iubeas cum inertia  
 crimen effugero.

C.P. Valerio Max. S.

q  
 Vod ipse amicis tuis obtulissē si mihi ea  
 dem materia suppeteret id nunc iure uide  
 or a te meis petiturus. Arrianus maturius Altinatiū  
 princeps: cum dico princeps: non de facultatibus lo  
 quor quæ illi large supersunt: sed de castitate: iusti  
 cia: grauitate: prudētia. Huius ego consilio in nego  
 ciis: iudicio in studiis utor: Nā plurimū fide: pluri  
 mū ueritate: plurimū intelligētia præstat: amat me  
 (nihil possum dicere ardentius) ut tu: caret ambitus:  
 ideo se in equestri gradu tenuit: cū facile posset ascē

hæc sponte uel a  
 me. q. p. senu?

meant

illigētia:

dere altissimū: mihi tñ ornādus extollēdusq; ē. Ita  
 que magni æstimo dignitati eius aliquid astructe ī  
 opinantis/nescientis/imo etiā fortasse nolētis: astu  
 ere autē quod sit splendidū: nec molestū: cuius ge  
 neris quæ prima occasio tibi/in eū cōferas rogo. Ha  
 bebis mei habebis ipsum gratissimū debitore. quis  
 enim ista non appetat: tam grate tamen accipit qua  
 si concupiscat.

C. P. Cornelie Hispullæ. S.

U m patrem tuum grauissimum & sanctis  
 simū uirū suspexerim/magis an amauerim  
 dubitem: teq; & in memoriā eius & honorem tuū  
 unice diligā atq; etiā cupiā: neceesse est etiā q̄tum ī  
 me fuerit enitar/ut filius tuus auo similis existat: eq  
 dē malo materno: q̄q̄ illi paternus ēt clarus specta  
 tusq; contigerit. Pater quoq; & patruus illustri lau  
 de conspicui: quibus omnibus ita demum similis  
 adolescet si imbutus honestis artibus fuerit. quas plu  
 rimum refert a quo potissimum accipiat: adhuc il  
 lum pueritiæ ratio intra cōtubernium tuum tenuit:  
 præceptotes domi habuit: ubi est erroribus modic  
 cauel nulla materia. Iam studia eius extra limen p  
 ferenda sunt: iam circumspiciendus rhetor Iannus:  
 cuius scholæ sæueritas/pudor imprimis/castitas  
 constet. Adest enim adolescenti nostro cum ceteris  
 ris naturæ formæque dotibus/eximia corporis pul  
 chritudo: cui in hoc lubrico ætatis non præceptor



cii necessitatibus prælocuti excusare me: & eximere  
 tentarunt: factum est Senatusconsultum per quod honori-  
 ficum ut daretur provincialibus patronus si ab ipso me  
 impetrassent. Legati rursus inducti iterum me iam  
 presentem aduocatum postulauerunt implorantes si-  
 dem meam: quam essent contra Massam Bepium ex-  
 pti: allegantes patrocinii foedus: secuta est Senatus cla-  
 rissima assensio: quae solet decretum praecurrere. Tum  
 ego desino inquam P. C. putare me iustas excusatio-  
 nis causas attulisse: placuit & modestia sermonis &  
 ratio. Compulit autem me ad hoc consilium non so-  
 lum consensus Senatus (quod hic maxime) uerum &  
 alii quidam minores: sed tamen innumeri. Veniebat in me-  
 tem priores nostros etiam singulorum hospitiu iniu-  
 rias accusationibus uoluntariis executos. quo de for-  
 mius arbitrabar publici hospitii iura negligere. Prae-  
 terea cum recordarer: quod pro hisdem Beticis superior ad-  
 uocatione etiam pericula subiissem: conseruadum ue-  
 teris officii meritum nouo uidebat. Est enim ita. com-  
 paratum: ut antiquiora beneficia subuertas: nisi illa  
 posterioribus cumules: Nam quolibet saepe obligati  
 si quid unum neges hoc solum. meminerunt quod  
 negatum est. Ducebar etiam quod decesserat Clasti-  
 cus: amotumque erat: quod in eiusmodi casis solet esse  
 tristissimum periculum Senatoris: uidebam ego aduo-  
 cationi meae non minorem gratiam quam si uiuere ille pro-  
 positus: inuidiam nullam: in summam computabam si minere

S. C. pp. 1

patrocinii

 P. C. Senatus  
 amorem Senatus  
 festinus et acer  
 iudicio magis

non

hoc iam tertio fungerer; faciliorem mihi excusatio-  
nem fore: si quis incidisset quem non deberem ac-  
cusare: Nam cum ē omnium officiorū finis aliquis: tū  
optime libertati uenia obsequio præparat: audisti  
consilii mei motus: superest alter utta ex pte iudiciū  
tū: in quo mihi æque iucunda erit simplicitas dis-  
sentientis q̄ comprobātis auctoritas.

C.P. Macro .S.

**P** Et gratū est mihi q̄ tam diligēter libtos auū  
culi mei lectitas ut habere omnes uelis: quæ  
rasque qui sint: fungar idicis partibus: atq; etiā quō  
sint ordine scripti notum tibi faciā: est enim hæc stu-  
diosis non iniucūda cognitio. De iaculatione eque-  
stri unus: hūc cum præfectus alæ militaret pati inge-  
nio cutaq; composuit. De uita. Q. Pomponii secū-  
di duo: a quo singulariter est amatus: hoc memo-  
riæ amici quasi debitum munus exoluit. Bellorum  
Germaniæ. xx. q̄b; omnia quæ cum Germānis gef-  
simus bella collegit: inchoauit Cum in Germania  
militaret somnio monitus: astitit enī quiescētī Dru-  
si Neronis effigies: qui Germaniæ latissime. uictor  
ibi petiit. Cōmendabat memoriā suā: orabatq; ut se  
ab iniuria obliuionis adfereret. Studiosi tres in sex  
uolumina propter amplitudinem diuisi: quib; ora-  
torem ab incunabulis instituit: & perficit: Dubii ser-  
monis. viii. scripsit sub Nerone nouissimis: aaniis:

explicitus :-

A uisus Calis sm-  
is & uis.

positi ad 10.

Somni.

cum omne studiorū genus paulo liberi⁹ & erectius  
 periculosum seruitus facisset . a fine Ausidii Bassi  
 xxx.unus. Naturæ historiarum. xxxvii. opus diffu-  
 sum eruditū nec minus uarium quam ipsa natura:  
 miraris q̄ tot uolumina : multaq; in his tam scrupu-  
 losahomo occupatus absoluerit : magis miraberis  
 si scieris illum causas actitasse aliq̄diu: decessisse an-  
 no. vi. & L. mediū tempus distētū impeditūq; qua  
 officiis maximis : qua amicitia principum ægisse:  
 sed erat acre ingeniu: incredibile studium: summa ui-  
 gilātia : Lucubrare Vulcanalib; incipiebat non au-  
 spicādi causa sed studendi statim a nocte multa:  
 hyeme uero ab hora. vii. uel cum tardissime . viii.  
 Erat sane somni parcissimi: non nunq̄ etiā inter ip̄a  
 studia instātis & deserentis. Ante lucem ibat ad Ve-  
 spasianum Impatorē (Nā ille quoq; noctibus ute-  
 batur) inde ad delegatū sibi officium: reuersus do-  
 mum qđ reliquum tēporis studiis teddebat: post ci-  
 bum sæpe: quem interdium leuē & facilem ueterē mo-  
 re sumebat. æstate si qđ ocii iacebat in sole liber le-  
 gebat adnotabat/ excerpebat/ nihil enī legit qđ nō  
 excerperet : dicere etiā solebat nullum esse librum  
 tā malum ut non aliqua ex pte prodesset. Post solē  
 plerumq; frigida lauabat : deinde gustabat/ dormi-  
 ebatq; minimum : mox quasi alio die studebat i cœ-  
 næ tps: sup hāc liber legebatur : anotabat : & qđ cur-  
 sim. Memini quēdā ex amicis cū lector qdā pperā

Q. epist. admo

vigilantia

note/m

nihil legit qđ

pronūciaffet reuocasse: & repeti coegisse: huic auiū  
 culū meum dixisse intellexeras: nempe cum ille an  
 nuisset: cur ergo reuocabas: decem amplius uersus  
 hac tua iterpellatōe pdidimus: tāta erat parsimonia  
 tēpis. Surgebat æstate a ccena luce: hyeme intra pri  
 mam noctis: sed tāq̄ aliqua lege cogēte: hæc iter me  
 dios labores urbisq̄ fremitū: in secessu solū balinei  
 tēpus studiis eximebat: cū dico balinei de iteriori  
 bus loquor: nā dū dstringit tergiturq̄ audiebat ali  
 qd aut dictabat. in itinere quasi solutus cæteris cu  
 ris huic uni uacabat: ad latus notarius cum librō &  
 pugilarib: cuius manus hyeme manicis muniebā  
 tur: ut ne cæli quidē aspitas ullū studii tēpus eripe  
 ret: qua ex cā Romæ quoq̄ sella uehebat: & Repeto  
 me correptū ab eo cur ambularē: poteras inquit has  
 horas nō pdere. Perire. n. oē tempus arbitrabat qd  
 studiis nō imptiret. Hac intētione tot ista uolumia  
 pegit: electorūq̄ cōmentarios. clx. mihi reliqt Opi  
 sthographos qdē & minutissime scriptos: qua ratōe  
 multiplicat hic numerus: referebat ipse potuisse se  
 cū procuraret in Hispania uendere hos cōmētarios  
 Largio Licinio. cccc. mil. nūmum: & tūc aliquanto  
 pauciores erāt: Nōne uidet tibi recordanti quātū le  
 gerit quātū scripserit: nec in officiis ullis nec in ami  
 citia principis fuisse. Rursus cum audis quid studi  
 is laboris impenderit nec scripsisse satis: nec legis  
 se. Quid est enim quod non aut illæ occupatio

poris parsimo

farrius: -  
amicq: -

farrius epistolog



fortiori in p. 39 e 40



The first part of the book is devoted to a general  
 introduction of the subject, and to a description of the  
 various kinds of plants which are found in the  
 different parts of the world. The author then proceeds  
 to a detailed description of the various kinds of  
 plants which are found in the different parts of  
 the world. The author then proceeds to a detailed  
 description of the various kinds of plants which  
 are found in the different parts of the world.



gratum esse mūnūs tuū q̄ tibi meūm. Vale.

C.P.Cornelio Minutiano.S.

p Offum iam p̄scribere tibi quātum in re.p.p  
uinciā Beticā cā laboris exhauserim nā fui  
it multiplex : acta est s̄pe cū magna uarietate. Vn  
de uarietas : unde plures actiones : Cecilius Classi  
cus homo fedus & apte malus pro-consulatū in ea  
non minus uiolenter q̄ sordide gesserat eodē anno  
quo ī Aphrica Marius Priscus. Erat autē Priscus ex  
Betica : ex Africa Classicus : inde dictum Beticorū :  
ut plerūq; dolor etiam uenustos facit non inlepidū  
ferbat. dedi malū & accepi. Sed Mariū una ciui  
tas publice multiq; priuani reum peregerūt. in Clas  
sicū tota prouincia incubuit : ille accusationē uel for  
tuita uel uolūtaria morte præuertit : Nam fuit mors  
eius infamis : ambigua m̄. ur enī credibile uidebat  
uoluisse exire de uira cum defendi nō posset : ita mi  
rum pudorem dānationis morte fugisse : quem non  
pudisser dānanda cōmittere : nihilominus Betica  
ēt in defuncti accusatione perstabat : prouisum hoc  
legibus intermissum tamē & post longam interca  
pedinem r̄c reductū. Addiderunt Betici quod si  
mul socios ministrosq; Classici detulerunt : nomi  
natiq; in eos inquisitionem postularunt ad erā Beti  
cis. mecūq; L. Albinus uir in dicendo copiosus or  
natus : quem ego cum olim mutuo diligerē ex hac  
officii societate amare ardentius cœpi habet q̄dem

47  
De Cornelio

Latino

Marius

Intercepto

Laus. L. Al.

gloria in studiis præsertim quiddam ἀκοινωνητοῦ.  
 nobis tñ nullum certamē in nulla conrenio / cum uter  
 quē pari iugo non pro se sed p cā niteret : cuius &  
 magnitudo & unilitas uisa est postulare ne tā rū one  
 ris singulis actionibus subiremus. Verebatur ne  
 nos dies ne uox ne latera deficerent / si tot crimia tot  
 reos uno uelut fasce complecteremur : deinde ne iu  
 dicum intētio multis nomibz multisq; cāis non las  
 faret modo uerū etiā cōfūderet : mox ne gratia sin  
 guloz collata atq; permixta p singulis quoq; omni  
 um uires reciperet : Postremo ne potentissimi uilis  
 simo quoq; quasi piaculari daro alienis pœnis cla  
 berentur. Etenim tū maxime fauor & ambitio dñā  
 tur cum sub aliqua specie seueritatis delitescere po  
 test. Erat in consilio Sertorianum illud exēplū / qui  
 robustissimum & firmissimū militē iussit equi cau  
 dam / reliqua nosti : Nam nos quoq; tā numerosum  
 agmen reoz ita demū uidebamus posse superari : si  
 per singulos carperet . placuit imprimis ipsum Claf  
 sicū ostendere nocētē : hic aptissimus ad socios . eius  
 & ministros trāsitus erat : quia socii ministriq; pro  
 bari nisi illo nocente non poterāt. Ex quibus duos  
 statim Classico iunximus Bēbiū Probū & Fabiū  
 Hispanū utrūq; gratia / Hispanū etiā facundia uali  
 dum . & circa Clafsicū quidē breuis & expeditus la  
 bor : sua manu reliquerat scriptum / quid ex quaque  
 re / qd ex quaq; cā accepisset . miserat etiā epistolas

*in Sertorianū*

*ad in Roma miss.*

Romam ad amiculam quandam iactantes & gloriosas his quidem uerbis: Io Io liber ad te uenio: Iam sextertium quadragies redege parte uendita Beticorum. Contra Hispanum & Probum multum sudoris horum anrequam crimina ingrederer necessarium credidi elaborare ut constaret ministeriū crimen esse: quod nisi facissem frustra ministros probassem: neque enim ira defendebantur ne garent sed ut necessitati ueniā precarentur. esse enim se puinciales & ad oē consulum imperiū metu cogi. Solet dicere Claudius restitutus quod mihi respondit uir exercitatus & uigilans & quolibet subitis paratus nunquam sibi tantum caliginis ratumque perturbatiois effusum quantum cum precepta & extorta argumenta defensionis suae cerneret: in quibus omnem fiduciam reponebat. Consilii nostri exitus fuit. bona Classici quae habuisset ante puinciam placuit Senarui a reliquis separari: illa filia haec spoliatis reliqui. Additum est ut pecuniae quas creditoribus soluerat reuocarentur: Hispanus & Probus in quinquenniū relegati: adeo graue uisum est: quod initio dubitabat an omnino crimen esset. Post paucos dies Claud. Fuscum Classici generum & Chilonium Priscum qui Tribunus cohortis sub Classico fuerat accusauimus dispari euentu. Prisco in biennium Italia interdictum. Absolutus est Fuscus: accusatione tertia commodissimum putauimus plures congregare: ne si longius esset extra

Ministerium Crim

Q. abs. p. d. d.

data oba.

eta cognitio satietate & tedio quodam iusticia co-  
 gnoscentiu saueritasq; languesceret: alioqui super-  
 erant minores rei data opera huc in locum reseruati:  
 excepta tñ Classici uxore: quæ sicut implicita suspi-  
 cionibus ita non satis conuinci probationibus uisa  
 est: nam Classici filia quæ & ipsa inter reos erat nec  
 suspicionib; hærebat. Itaq; cum ad nomen eius i ex-  
 trema actione uenissem: neq; .n. ut initio sic etiã i fi-  
 ne uerendũ erat: ne pro hac totius accusationis auc-  
 toritas minuere: honestissimum credidi non p̄mei  
 imerentem idq; ipsum dixi & libere & uarie: nã mo-  
 do legatos interrogabam docuissent ne me aliquid  
 quod reprobati posse confiderent: modo consiliũ a  
 Senatu petebam: putaret ne debere me si quã habe-  
 rem in dicendo facultatem in iugulũ innocentis q̄si  
 telum aliqd' intendere: postremo totum locum hoc  
 fine conclusi. Dicit aliq;: iudicas ergo: ego uero nõ  
 iudico: memini tñ me aduocatũ ex iudicib; datum.  
 hic numerosissimæ causæ terminus fuit: quibusdã  
 absolutis plurib; dãnatis atq; ei relegatis aliis in tẽ-  
 pus: aliis imperpetuum: eodem Senatusconsulto i  
 dustria fides cõstãtia nostra plenissimo testimonio  
 comprobata est: dignũ solũq; par p̄tio tãti laboris.  
 Concipere animo potes q̄ simus fatigati: quibus to-  
 ties agendũ altercãdũ: tam multi testes interrogãdi:  
 subleuãdiq; & refutãdi: iam illa q̄ ardua q̄ molesta  
 tot reorum amicis secreto rogantibus negare: aduer-

nosse cõ femin?



*Unū aliqd*

fantibus palā obfisterere: referā unūm aliqūid ex om-  
 nibus quæ dixi. Cum mihi quidam ex iudicibus ip-  
 sis pro reo gratiosissimo reclamarent: non minus in-  
 quam hic innocēs erit si ego omnia dixerō: cōiecta  
 bis ex his quantas contentiōes/ q̄tasq; offēsas sub-  
 ierimus dūtaxat ad breue tempus: Nam fides ī præ-  
 sentia eos quibus resistit offendit: deinde ab illis īpsīs  
 suspiciē laudaturq;. Non potui te magis ī rem præ-  
 sentem p̄ducere: dices non fui tāti: qd enim mihi cū  
 tam longa epistola: Nolito ergo identidem quære-  
 re qd Romæ geratur: & tñ memento ēt non eē epi-  
 stolam longā quæ tot cognitiones/ tot dies/ tot deni-  
 q; reos causasq; complexa ē/ quæ omnia uideor mi-  
 hi non minus breuiter q̄ diligenter prosecutus/ teme-  
 re dixi diligenter. Succurrit quod præterierā & qui-  
 dem sero/ (sed quāq; præpostere) reddet: facit hoc  
 Homerus / multiq; illius exemplo: est alioqui p̄de-  
 corū: a me tamen non ideo fiat: testibus qdam si-  
 ue iratus quod euocatus esset inuitus siue suborna-  
 tus ab aliquo reorū ut accusatiōem exarmaret/ Nor-  
 banum Licinianū legatū & inquisitorē reum postu-  
 lauit tāquā in cā Castæ (uxor hæc Classici) præuarica-  
 retur. Est lege cautum ut reus ante peragatur: tūc de  
 præuaricatore quærat: uidelicet quia optime accu-  
 satione ipsa accusatoris fides æstimat: Norbano tā-  
 men non ordo legis: non legati nomen: non inquisi-  
 tionis officiū præsidio fuit: tanta conflagrauit inui-  
 f. iii

*No. 73**Homo?*

*Exarmari*  
*Inquisitor*  
*Legis Cau*

dia homo alioq flagitiosus & domitiani temporibꝫ  
 usus ut multi : electusqꝫ tunc a prouincia ad inqui  
 rendū nō tanq̄ bonus & fidelis / sed tāq̄ Clāssici ini  
 micus : erat ab illo relegatus : dari sibi diem ad dilu  
 enda crimina postulabat : neutrum impetrauit : coa  
 ctus est statim respondere : respōdit (malū prauūqꝫ  
 ingenium hominis facit ut dubitē cōfidenter an cō  
 stanter) cēte paratissime : obiecta sunt multa q̄ ma  
 gis q̄ prauaricatio nocuerunt. quin etiā duo consu  
 lares Pomponius Rufus & Libo Frugi leserunt eū  
 testimonio / tāq̄ apud iudicem sub Domitiano Sal  
 uii liberalis accusatoribus adfuisse : dānatus & ī in  
 sulam relegatus est. Itaqꝫ cū Castam accusaret nihil  
 magis pressi q̄ qꝫ accusator eius prauaricatiois cri  
 mine corruisset : Pressi tñ frustra : Adcidit enim res  
 contraria : & noua ut accusatore prauaricatōis dam  
 nato Casta rea absolueretur. Quæris qd nos : dum  
 hæc agunt iudicauimus Senatū ex Norbano didi  
 cisse nos publicā causam rursusqꝫ debere ex itegro  
 discere si ille prauaricator probaret : atqꝫ ita dū ille  
 peragitur reus sedimus. Postea Norbanus omnibꝫ  
 diebus cognitionis interfuit : eandem usqꝫ ad extre  
 mum / uel constātiā / uel audaciā ptulit. Interrogo  
 ipse me an aliquid omiserim & rursus pœne omisi.  
 Summo diē Saluius liberalis reliquos legatos gra  
 uiter increpuit tāq̄ nō omnes quos mādasset prouin  
 cia reos peregissent / atqꝫ ut est uehemens & disertus

*Libato*  
*om pater*  
*in ditijs*

*bus cognitiōis.*

*no dicitur*

in discrimen adduxit: protexi uiros optimos eosdē  
 que gratissimos: mihi certe debere se prædicāt q̄ il-  
 lum turbinem euaserit: hic erit epistolæ finis: re ue-  
 ra finis: litteram non addam etiā si aliquid præreris:  
 isse me sensero.

C.P. Spurrinæ & Coccia. S.

c  
 Composuisse me quædam de filio uestro  
 nō dixi uobis cum proxime apud uos fui:  
 primū quia nō ideo scripseram ut dicerē  
 sed ut meo amori meo dolori satisfacerem: Deinde  
 quia Spurrinna cum audisset recitasse me (ut mihi ip-  
 se dixisti) quid recitarem simul audisse credebam:  
 præterea ueritus sum ne uos festis diebus cōfunde-  
 rem si in memoriam grauissimi luctus reduxissem.  
 Nūc quoq; paulisper hæsitauī id solum quod reci-  
 tauī mitterem exigentibus uobis: an adicerem quæ  
 in aliud uolumen cogito referuare. neq; enī affecti-  
 bus meis uno libello sanctissimā mihi & carissimā  
 memoriā prosequi satis ē: cuius famæ latius consui-  
 let si dispensata & digesta fuerit. Verū hæsitānī mi-  
 hi omnia quæ iam composui uobis exhiberem an  
 adhuc aliqua differrē simplicius & amicius uisum  
 est omnia præcipue cum affirmetis intra uos futu-  
 ra donec placeat emittere: quod superest rogo ut pa-  
 ri simplicitate si qua existimabitis addēda commu-  
 tanda omittenda indicetis mihi. difficile ē hucusq;

44  
 littera no a

Composuisse

intra uos

animū intendere ī dolore difficile: sed tamē ut scul-  
ptorē pictorem qui filii uestri imaginē faceret ad-  
moneretis quid exprimere qd emēdare deberet: Ita  
me quoq; formate regite: qui non fragilem & cadu-  
cam / sed īmortalem uruos putatis effigiem conor  
efficere: quæ hoc diuturnior erit / quo uerior melior  
absolutior fuerit.

C.P. Julio Genitori .S.

e St omnino Arthemidori nostri tā benigna  
natura / ut officia amicorū in maius exrol-  
lat. Inde etiam meum meritum ut uera ita supra me  
ritum prædicatiōe circūfert. Equidē cum essent phi-  
losophi ab urbe summoti fui apud illum in subur-  
bano & quo notabilius: hoc ē periculo sius esset fui  
prætor: pecuniam etiam qua tunc illi ampliore op<sup>9</sup>  
erat ut as alienū exolueret cōtractum ex pulcherri-  
mis causis: multisq; magnis quibusdam & locu-  
pletibus amicis mutuatus ipse gratuirā dedi: Atq;  
hæc faci cum .vii. amicis meis aut occisis aut relega-  
tis. Occisis Senecione. Rustico. Heluidio. Relega-  
tis Maurico. Gratilia. Arria. Fannia .rot circa me iai-  
ctis fulminibus quasi ambustus mihi quoq; impen-  
dere idē exitium cernis quibusdam nonis augurarer:  
non ideo tñ minimā gloriā meruisse me / ur ille præ-  
dicat / credo: sed tantū effugisse flagitium. Nā & C.  
Musonium socerū eius q̄tum licitum est per ætatē  
cum admiratione dilexi: & Arthemidorum ipsū

in m. m. m.

Antonia summi:

whita spruma:

in m. m. m.

iam tū cū in Syria tribunus militarem arcta familia-  
 ritate complexus sum: idq; primum nō nullius in-  
 dolis dedi specimen /q; uirum aut sapientem /aut p-  
 ximum: simillimūq; sapienti intelligere sum uisus:  
 nam ex omnib; qui nūc se philosophos uocat uix  
 unū aut alterū inuenies tāta sinceritate /tāta uerita-  
 te. Mitto qua patientia corporis hyemes iuxta & æ-  
 states ferat: ut nullis laboribus cedat: ut nil in cibo  
 in potu uoluptatibus tribuat: ut oculos animūq; cō-  
 tineat. Sunt hæc magna sed in alio: in hoc uero mi-  
 nima: si cæteris uirtutibus comparentur: quibus me  
 ruit ut a. C. Musonio ex omnibus omniū ordinū af-  
 sectatorib; gener assumeret: quæ mihi recordanti ē  
 quidē iucūdum: q; me cum apud alios tum apud te  
 tātis laudibus cumulat. Vereor tamē ne modū exce-  
 dat /quem benignitas eius (illuc enim unde cæpi re-  
 uertor) solet non tenere. Nā in hoc uno interdū uir  
 aliog prudentissimus honesto qdē sed tñ errore uer-  
 sat: q; pluris amicos suos q̄ sunt arbitrat: q; i. i. i. i. i.  
 C. P. Catillo Seüero. S.

u Eniam ad cœnā sed iam nunc paciscor sit  
 expedita /sit parca. Socraticis tātū sermoni-  
 bus abundet: in his quoq; teneat modū: erūt officia  
 ante Lucanā: in quæ incidere impune ne Catoni q;  
 dem licuit. quem tñ. C. Cæsar ita reprehēdit ut lau-  
 det. describit enim eos quibus obuius fuerit cum  
 caput Ebrui retexissent /crubuisse. Deīde adiicit: Pu

Cor. q. u.  
ordibile

tares non ab illis Catonem sed illos a Catone deprehensos .potuit ne plus auctoritatis tribui Catoni quam si Ebrius quoque tam uenerabilis erat: nostrae tamen cenae ut apparatus & impedii sic temporis modus constet: neque enim hi sumus: quos uitupare ne inimici quidem possint nisi ut simul laudent. Vale.

C.P. Voconio Romano. S.

De suo  
advrivo

Ibrum quo nuper optimo principi Consul gratias agi misi exigenti tibi: missurus & si non exegisses: tamen hoc consideres uelim ut pulchritudinem materiae ita difficultatem: in caeteris enim lectoris nouitas ipsa intentum habet: in hac nota uulgata dicta sunt omnia: quo fit ut quasi ociosus securus que lector tantum elocutioni uacet: in qua satisfacere difficilius est cum sola aestimat: atque utinam ordo saltem & transitus & figurae simul spectarent: Nam inuenire praecclare enunciare magnifice interdum etiam barbari solent: disponere apte figurate uarie nisi eruditus negatum est. Nec uero affectanda sunt semper elata & excelsa: nam ut in pictura lumen non alias res magis quam umbra commendat: ita orationem tam submittere quam attollere decet. Sed quid ego haec doctissimo uiro: quin potius illud adnota quae putaueris corrigenda: ita enim magis credam caetera tibi placere si quadam displicuisse cognouero. Vale.

do  
ura  
omnibus  
ne disponere solus  
dij conspici

r Em atrocem nec tantū epistola dignam Lar  
 gius Macedo uir priorius a seruis suis pas  
 sus est: superbus alioqui dominus & sæuus & q ser  
 uisse patrē suum pat: imo minimū mīminisset: la  
 uabatur in uilla Formiana. repente eum serui circū  
 sistunt / alius fauces inuadit / alius os uerberat / ali  
 us pectus & uētrē atq; etiā scēdum dictū uerēda cō  
 tundit. & cū examinēem putarent abiiciūt in feruēs  
 pauimētum ut experirentur an uiueret. Ille siue qa  
 nō sentibat: siue quia non sentire simulabat imobi  
 lis & extētus fidē pacte mortis impleuit. Tū demū  
 quasi æstu solutus effertur: excipiūt serui fidiiores:  
 cōcubina cū ululatu & clamore cōcurrūt: ita & uoci  
 bus excitatus: & recreatus loci frigore: sublatis ocu  
 lis agitatoq; corpe uiuet se (& iā tutū erat) cōfitetur.  
 diffugiūt serui: quoz magna ps cōprehēsa est: cete  
 ri requirunt. Ipse paucis dieb; ægre refocillatus non  
 sine ultiōis solacio decessit. ita uiuus uindicatus ut  
 occisi solent. Vides quot piculis: quot contūmeliis:  
 quot ludibriis simus obnoxii. nec est q; qsq; possit  
 eē securus qa sit remissus & mitis: nō enim iudicio  
 domini sed scelere pimunt. Verū hæc hæctenus.  
 Quid præterea nouis: quid: nihil alioq; subiungerē:  
 nā & charta adhuc supest & diēs feriatas patit plura  
 cōtexi. addā qd' opportune de eodē Macedone. suc  
 currit. Cū i publico Romæ lauaret notabilis atq; et

Qd' passus  
 Larcius

DE 20077

ut exitus docuit ominosa res accidit. Eques Ro. a seruo eius ut trāsium daret manu leuiter admonitus conuertit se: nec seruum a quo erat tactus / sed ipsum Macedonem tā grauius palma percussit ut pene cōcideret: Ita balineū illi quasi p gradus quos dā primū cōtumeliā locus: deinde exiti fuit. Vale.

C.P.Proculo. .S.

*ma percuss?*  
p Etis ut libellos tuos in secessu legam / examinem an editione sint digni: adhibes preces: allegas exēplū: rogas ēt ut aliqd succisiui tēpis stu / diis meis subtrahā & imptiā tuis: adiciis. M. Tulliu mira benignitate poetarū igenia fouisse: sed ego nec rogāndus sum nec hortāndus: nā & poetice ipam religiosissime ueneror: & ualidissime diligo: faciā ergo qd desideras tam diligenter q̄ libenter. Videor aut iā nunc posse rescribere eē opus pulchrū: nec suppressendum. quātum ē iam placuit ex iis quæ me p̄sentē recitasti: si modo mihi nō imposuit recitatio tua: legis enim suauissime: confido tamen me nō sic auribus duci: ut omnes aculei iudicii mei illarū delinimentis restringant: hebetent fortasse & paululum retūdant: Euelli quidem extorqueriq; nō possunt: igitur non temere iam de uniuersitate pronuncio: d partibus experiar legendo.

C.P.Nepoti. .S.

*pro sent*  
a Dnotasse uideor facta dictaq; uirorū fecularumq; alia clariora esse alia maiora.



Confirmata est opinio mea hesterni fanniae sermo-  
 ne. Neptis haec Arriae illius, quae marito & solatiū  
 mortis, & exēplū fuit: multa referebat auiae suae nō  
 minora hoc sed obscuriora: quae tibi existimo tā mi-  
 rabilia legēti fore q̄ mihi audienti fuerūt: Aegrotaba-  
 bat Cecina Petus maritus eius: aegrotabat & filius  
 uterq; mortifere ut uidebat: filius decessit eximia  
 pulchritudine pariq; uerecūdia & parētibus nō mi-  
 nus ob alia carus q̄ q; filius erat. Huic ita illa funus  
 parauit ita duxit exequias ut ignoraret maritus: quā-  
 imo quoties cubiculū eius intraret uiuere filiū atq;  
 ēt. cōmodiorē esse simulabat: ac persaepe interrogāti  
 qd ageret puer: respondebat: bene q̄uit: libenter ci-  
 bum sumpsit: deinde cum diu cohibita lachrymae  
 uincerent prorūperētq; egrediebatur: Tūc se dolori  
 dabat. Saciata siccis oculis composito uultu redi-  
 bat tāq; orbitatem foris reliquisset: Praeclara qd ē il-  
 lud eiusdem ferrū stringere: perfodē pectus: extra-  
 here pugionē: porrigere marito: addere uocē imor-  
 talē ac p̄cne diuinā: Pete nō dolet: sed tñ ista faciē  
 ti dicētq; gloria & aeternitas ante oculos erant: quō-  
 maius est sine praemio aeternitatis sine praemio glo-  
 riae abdere lachrymas: operire luctū: amissoq; filio  
 etiā matrem adhuc agere. Scribonianus arma in il-  
 lyrico cōtra Claudiū mouerat: fuerat Petus ī p̄tib;:  
 occiso Scriboniano Romā trahebat: erat āscentu-  
 rus nauem. Arria milites orabat ut simul impone-

Arriae fem-  
 ta majo.

Comodior

Aeternitas

*ria  
ato manica*

retur. Nempe enim inqt daturi estis consulari uiro  
 seruulos aliquos quoz; e manu cibū capiat a qbo ue  
 stiat a qbo calciet: omnia sola præstabo: non impe  
 trauit. Conduxit piscatoriam nauiculam: ingensq;  
 nauigium minimo secuta est: eadem apud Claudi  
 um uxori Scriboniani cum illa profiteretur indici  
 um ego inquit te audiam cuius in gremio Scriboni  
 anus occisus est: & uiuis: ex quo manifestum est ei  
 consilium pulcherrimæ mortis nō subitū fuisse: qn  
 etiam cum Trafea gener eius deprecaret ne mori p  
 gerer: inrerq; alia dixisset Tu uis ergo filiam tuam  
 si mihi percūdū fuerit mori mecum: Respōdit / Si  
 tā diu rātaq; concordia uixerit recū: quantū ego cū  
 Peto: uolo: Auxerat hoc responso curā suoz;: atten  
 tius custodiebat. Sensit: & nihil agitis inqt: potestis  
 enim efficere ut male moriar: ne moriar non pore  
 stis: Dū hæc dicit exiuit cathedra aduersoq; parieti  
 caput ingēti impetu impēgit & corruit: focillata d  
 xerā inqt uobis inuēturā me quālibet durā ad mor  
 tem uīā si uos facilem negassetis: Vident ne hæc ti  
 bi maiora. Pete non dolet: ad qd per hæc peruētū ē:  
 cum interim illud qdem ingens fama hæc nulla cir  
 cūfert. Vnde colligit qd initio dixi: alia clariora eē  
 alia maiora.

C.P. Seueriano. S.

Ecce ne oīa qd iam pridem epistolæ tuæ ces  
 sant: an non omnia recte: sed occupatus es

*6008*

*6009*



*10*

tu an non occupatus: sed occasio scribendi uel rara  
 uel nulla: Exime hūc mihi scrupulū: cui par esse nō  
 possum. Exime autem uel data opa tabellario misi  
 so: ego uaticū: ego etiā præmiū dabo. Nunciet mo  
 do qđ opto: ipse ualeo: si ualere est suspensum & an  
 xium uiuere: expectātem in horas timentēq; p̄ ca  
 pite amicissimo qcqđ accidere hoīni potest.

*Scrupulus*

*Timor & Cap*

C.P. Curio Seuero. S.

o Fficiū consulatus iniunxit mihi / ut rei. p.  
 nomine principī gratias agerē: qđ ego i Se  
 natu cum ad rationem loci & tēporis ex more facif  
 sem: bono ciui conueniētissimū credidi eadem illa  
 spatiosius & uberius uolumine amplecti. Primum  
 ut Imperatori nostro uirtutes suæ ueris laudib; cō  
 mendarent: Deinde ut futuri principes non quasi  
 a magistro sed tamen sub exemplo præmonerent  
 qua potissimū uia possent ad eandem gloriā niti.  
 Nā præcipere qualis debeat esse princeps pulchrū  
 qđem: sed onerosum ac prope superbū est: laudat  
 uero optimum principem ac per hoc posteris uelut  
 e specula lumen quod sequantur ostendere: idē uti  
 litatis habet: arrogantia nihil. Cœpi autem non me  
 diocrē uoluptatem q; hunc librum cum amicis reci  
 tare uoluissē non per codicillos: non per libellos  
 sed si commodum & si ualde uacaret admonui:  
 nunquam porro aut ualde raro uacat Romæ: aut

*De suo pane*



uenerit quo austeris illis seuerisq; dulcia hæc blāda  
que uel iusta possessione decedāt. Habes acta mea  
tridui qbus cognitis uolui tantū te uoluptatis absen  
tem & studiosꝝ nomine & meo capere: quātū præ  
sens percipere potuisses.

C.P. Caluſio Rufo. S.

a Dſumo te in conſiliū rei familiaris ut ſo  
leo: prædiā agris meis uiciā atq; etiā inſer  
ta uenalia ſunt. In his me multa ſollicitat:  
aliqua nec minora deterrent. Sollicitat primum ip  
ſa pulchritudo iungendi: deinde quod non minus  
utile q̄ uoluptuoſum poſſe utraq; eadem opera / eo  
dem uiatico inuiſere / ſub eodem procuratore ac pœ  
ne iisdem habitatoribus habere / unam uillam colerē  
& ornare / alteram tantum tueri. In eſt huic computa  
tioni ſumptus ſuppellectilis: ſumptus Atrienſium  
topiariorum fabrorum atq; ēt uenatoria inſtrumē  
ta: Quæ plurimum refert unū i locum conferas an  
in diuerſa diſpergas. Contra uereor ne ſit incautum  
rem tam magnam iisdem tempeſtatibus / iisdem ca  
ſibus ſubdere: tutius uidetur incerta fortunæ poſſeſ  
ſionū uarietatibus experiri: habet etiam multum iu  
cūditatis ſoli cæliq; mutatio: ipſaq; illa peregrinatio  
interſita. Iam quod deliberatōis noſtræ caput ē agri  
ſunt fertiles: pingues: aquoſi: conſtant campis uine  
is ſiluis: quæ materiā & ex ea redditū ſicut modicū  
ita ſtatū præſtāt. Sed hæc felicitas terræ imbecillis

procurator

Atrienſes  
Toparij.

Fabri.  
Lupato<sup>red</sup>

peregrinatio

Rea 49 ff

cultoribus fatigatur: Nam possessor prior sapius uē-  
 didit pignora & dum reliqua colonorum minuit ad tē-  
 pus: uires in posterū exauisit. quarū defectione rur-  
 sus reliqua incōmoda creuerūt. Sunt ergo instrue-  
 di eo plures q̄ frugī mācipiis: nam nec ipse usquam  
 uinctos habeo: nec ibi quisq̄ superest. Vt scias quanti  
 uideant posse emi festertio trities non quia non ali-  
 quādo quinquagies fuerint. Verū & hac penuria co-  
 lonorum & cōmuni tēporis iniquitate ut redditus agrorum  
 sic cōt pretium retro abiit. Quæris an hoc ipsum tri-  
 cies facile colligere possimus: Sū quidem prope totus  
 in prædiis: aliqd tamen fœnore nec molestū erit mu-  
 tuari: Accipiā a socru cuius arca non secus ac mea  
 uitor. p̄inde hoc te non moueat si cetera non refran-  
 gantur: quæ uelim q̄ diligentissimæ examines: Nā  
 cum in omnibus rebus tum in disponēdis facultati-  
 bus plurimū tibi & usus & prudētix superest.

## C.P. Mesio Max .S.

m Eministi ne te sæpe legisse quātas conten-  
 tiones excitarit lex tabellaria: quātūq̄ ipsi  
 latori uel gloriæ uel reprehēnsionis attulerit. At nūc  
 in Senatu sine ulla dissensione hoc idem ut optimū  
 placuit: omnes Comitiorum die tabellas postulaue-  
 runt. Excesseramus sane manifestis illis apertisque  
 suffragiis licentiā concionū: non tēpus loquēdi nec

o abijt :-

m vlt :-

tabellaria :-

tacendi modestia non denique sedendi dignitas cū  
 stodiebatur. Magni deniq; & undiq; dissoni clamo  
 res: Procurrebant omnes cum suis cādīdatis. multa  
 agmina in medio multiq; circuli & indecora confu  
 sio: adeo descueramus a consuetudine parentum  
 apud quos omnia disposita moderata trāq̄lla maie  
 statem loci pudoremq; retinebant. Sup̄sunt senes  
 ex quibus audire soleo hunc ordinem Comitiorum  
 citaro nomine Candidati silentium summū: dice  
 bat ipse pro se: explicabat uitā suā testes & laudato  
 res dabat: uel cum sub quo legatus: uel eū cui quæ  
 stor fuerat: uel utrūq; si poterat. Addebat quosdam  
 ex suffragatorib; illi grauiter & parce loquebatur:  
 plus hoc q̄ preces proderat: nōnunq̄ Cādīdatus aut  
 natales competitoris aut annos aut etiam mores ar  
 guebat. Audiebat Senatus grauitate censoria: ita  
 sapius digni q̄ gratiosi præualebant: quæ nunc im  
 modico fauorē corrupta ad tacita suffragia quasi ad  
 remedia decurrerunt. Quod interim plane reme  
 dium fuit: erat enim nouum & subitum. sed uereor  
 ne procedente tempore ex ipso remedio uitia nascā  
 tur. est enim periculum ne racitis suffragiis impudē  
 tia irrepāt. Nam quoto cuique eadem honestatis  
 cura secreto quæ palam: multi famam: Conscien  
 tiam pauci uerentur. sed nimis cito de futuris: In  
 terim beneficio tabellarū habebimus magistratus  
 qui maxime fieri debuerūt: Nā ut recuperatoriis iu

Scat. sig  
 Candida  
 mēora

No. atiqua

Digni  
 Gratosi.

Tacita

2  
 3

diciis sic nos his comitiis quasi repente apprehensi  
 sinceri iudices fuimus. Hæc tibi scripsi primum ut  
 aliquid noui scriberem deinde ut nonnunquã de re  
 pub. loquerer cuius materiæ nobis quanto rarior q̃  
 ueteribus occasio i tãto minus omittenda est. & me  
 hercule quousque illa uulgaria: quid agis: ecquid  
 comode uales: habeant nostræ quoq; literæ aliqd  
 non humile: nec sordidum: nec priuatis rebus in-  
 clusum. Sunt quidem cuncta sub unius arbitrio q̃  
 pro utilitate comuni solus omnium curas laboresq;  
 suscepit: quidam tamen salubri temperamento ad  
 nos quoq; uelut riui ex illo benignissimo fonte de-  
 currunt: quos & haurire ipsi: & ablentibus amicis q̃si  
 ministrare epistolis possumus.

*& sordidum*

*f*

C.P. Cornelio Prisco. S.

a Vdio Valerium Martialem decessisse et  
 moleste fero: erat homo ingeniosus i acu-  
 tus acer: & qui plurimum in scribendo sa-  
 lis haberet & fellis: nec candoris minus. Profecutus  
 eram uiatico secedentem: dederam hoc amicitia: d̃  
 deram uersiculis quos de me composuit. Fuit moris  
 antiquis eos uel qui singulorum laudes uel urbium  
 scripserant: aut honoribus aut pecunia ornare: No-  
 stris uero temporibus ut alia speciosa & egregia: ita  
 hoc imprimis exoleuit. Nam postquam delinimus

*de Val. Mart-*

*atione*

*de me*

*de no p̃sentate*



facere laudāda laudari quoq; ineptūm pūtamus.

Quæris q̄ sint uersiculi quib; gratiā rettuli: remit-  
terem te ad ipsum uolumen nisi quosdam tenerem.

Tu si placuerint hi; ceteros in libro requires. Allog-  
tur musam: mādāt ut domum meam esquilis quæ  
rat: adeatq; reuerenter.

- > Sed ne tempore non tuo disertam
- > Pulses ebria ianuam uideto.
- > Totos dat Tetricæ dies Mineruæ:
- > Dum centum studet auribus uirorum
- > Hoc quod secula posteriq; possint
- > Arpinis quoq; comparare chartis.
- > Seras tutioribus ad lucernas.
- > Hæc hora est tua: dum furit Lyeus.
- > Dum regnat rosa dum mādēt capilli
- > Tum me uel rigidi legant Catones.

Merito ne eum qui hæc de me scripsit & tunc di-  
misi amicissime: & nunc ut amicissimum defunctū  
esse doleo. Dedit enim mihi quantum maximum  
potuit: daturus amplius si potuisset. Tam & si quid  
homini potest dari maius q̄ gloria & laus & æterni-  
tas: At non erunt æterna quæ scripsit: non erunt  
fortasse: ille tamen scripsit tāq̄ essent futura.

*M. Valerius*  
*in pl. ipm.*

*Q. non man.*

C. CAECILI PLINI SECVNDI EPIST.  
LIBER QVARTVS.

C. P. Fabato Profocero. S.

c Vpis post longum tempus neptem  
tuam meq; una uideri: Gratū est utri-  
que nostrum quod cupis: mutuo me  
hercule: Nam inuicem nos incredibi-  
li quodam desiderio uestri tenemur:  
quod non ũltra differemus: atq; adeo iam sarcinu-  
las alligamus festinaturi quantum itineris ratio per-  
miserit: Erit una sed breuis mora: deflectemus i Tu-  
scos: non ur agros remq; familiarem oculis subicia-  
mus: id enim postponi potest: sed ur fungamur ne-  
cessario officio. Oppidū est prædiis nostris uicinū:  
nomen Tiferini tiberini: quod me pœne adhuc pue-  
rum patronum cooptauit. tanto maiore studio quā-  
tō minore iudicio aduentus meos celebrat: profec-  
tionibus angit: honoribus gaudet. In hoc ego ut re-  
ferrem gratiam (nam uinci in amore turpissimum  
est) templum pecunia mea extruxi: cuius dedicatio-  
nem cum sit paratū: differre longius irreligiosum  
est. Erimus ergo ibi dedicationis die: quē epulo ce-  
lebrare constitui: Subsistemus fortasse & sequenti:  
sed tanto magis uiam ipsam corripiemus. contigat  
modo te filiamq; tuam fortes inuenire: nam hilares  
certū est: si nos incolumes receperitis. Vale.

## C.P.Clementi.S.

¶ Regulus filium amisit: hoc uno malo indi-  
 gnus q̄ nescio an malum putet. Erat puer  
 acris ingenii: sed ambiguus: qui tñ posset recta secta-  
 ri: si patrem non referret. Hunc Regulus emancipa-  
 uit ut hæres matris existeret: emancipatum (ita uul-  
 go ex moribus homines loquebãt̄) scæda & in soli-  
 ta parentibus indulgentiæ simulatione captabãt. in-  
 credibile est: Sed Regulum cogita. missum tamen  
 luget in læne. Habebat puer manulos multos & iun-  
 ctos & solutos: habebat canes maiores / minoresq̄:  
 habebat lusciniã: psittacos: mæxulas: omnis Regu-  
 lus circa rogam trucidauit. nec dolor erat ille: sed o-  
 stentatio doloris. Cõuenit̄ ad eũ mira celebritate: cũ  
 ceteri detestant̄: oderũt & quasi probet / quasi diligãt  
 cursant / frequentãt. Vtq̄ breuiter quod sentio enũ-  
 ciam: in Regulo demerendo Regulum imitant̄. te-  
 net se trãs Tiberim in ortis i q̄b̄ latissimũ solũ por-  
 ticib̄ imẽsis: ripã statuis suis occupauit: Vt est in sũ-  
 ma avaritia sumptuosus: in summa ifamia glorio-  
 sus. Vexat ergo ciuitatẽ i saluberrimo tẽpore: & qđ  
 uexat solatiũ putat. dicit se uelle ducere uxore hoc  
 quoq̄ sicut alia puerse: audies breui nuptias iugen-  
 tis senis: quorũ alterũ i maturũ / alterũ serum ẽ. Vnde  
 hoc augurer quæris: non quia affirmat ip̄e (quo mẽ  
 daciũs nihil est) sed quia certum est Regulũ esse fa-  
 cturum quicqđ fieri non oportet. Vale.

Manub.

Doloris ostentatio

Miseriamus obsequium

autem oculis nitidus

Culgenaluz in

astens medicina

C.P. Antonino. S.

*is Antonini*  
*oful a se*  
 q. Vod semel atq; iterum consul fuisti simi-  
 lis antiquis .q; proconsul Asiæ: qualis an-  
 te re: qualis post te uix unus / aut alter. Nō  
 finit enim me uerecundia tua dicere / nemo: q; san-  
 ctitate / q; auctoritate / ætate quoq; princeps ciuita-  
 tis: Est quidem uenerabile & pulchrum: ego tamē  
 te uel magis in remissioribus miror: Nam seuerita-  
 tem istam pari iucunditate condire / summæq; gra-  
 uitati tantum comitatis adiungere non minus diffi-  
 cile q̄ magnum est. Id tu cum incredibili quadam  
 suauitate sermonum tū uel præcipue stilo asseque-  
 ris. Nam & loquenti tibi illa Homerici senis mel-  
 la profluere: & quæ scribis complere apes floribus  
 & innectere uidentur: ita certe adfectus sum ipse  
 cum Græca epigrammata tua / cum Iambos proxi-  
 me legerem: quantum ibi humanitatis uenustatis,  
 q̄ dulcia illa: q̄ amantia: q̄ arguta: q̄ recta: Callima-  
 chū me uel Herodem uel si quid his melius tenere  
 credebam: quorum tamen neuter utrūque / aut ab-  
 soluit aur attigit: hominem ne Romanum rā Græ-  
 ce loqui: non Mediusfidius ipsas Athenas tam At-  
 ticas dixerim. Quid multa: inuideo Græcis q; il-  
 lorum lingua scribere maluisti: neq; enim conie-  
 ctura eget qd sermone patrio exprimere possis cū  
 in hoc infortio & inducto tam præclara opera per-  
 faceris. Vale.

*us stilus**erica semel mella**ifim :-  
dunt :-*

C.P.Sofio.S.

c Aluifium nepotem ualidissime diligo: uirum industrium: rectum: disertum. quod apud me uel potissimum est. Idem. C. Caluifium contubernalem meum / amicum tuum arcta propinquitate complectitur. Est enim filius fororis: hunc rogo semestri tribunatu splendidiorem & sibi & auunculo suo facias: obligabis me: obligabis Caluifium nostrum: obligabis ipsum / non minus idoneum debitorem / quam nos putas. Multa beneficia in multos contulisti. ausim contendere nullum te melius: æque bene unum aut alterum collocasse.

C.P.Sparso.S.

a Eschinem autem petentibus Rhodiis legisse orationem suam: deinde Demosthenis: summis utraq; clamoribus. quod tantorum uirorum scriptis contigisse non miror / cum orationem meam proxime doctissimi homines hoc studio / hoc assensu / hoc et labore per biduum audierint. quis intentionem eorum: nulla hinc & inde collatio: nullum quasi certamen accederet. Nam Rhodii cum ipsis orationum uirtutibus: tum etiam copationis aculeis excitabantur: Nostra oratio sine amulationis gratia perbatur: an merito / scies cum legeris librum / cuius amplitudo non finit me longiore epistola perloquor: Oportet enim nos in hac certe in qua possumus breues esse: quo sit excusatius: quam librum ipsum non tamen ultra causam amplitudinem extendimus. Vale:

Compta

obligabis

De Aff...

ad hunc

Sparso

Sallan...

## C.P.Nafoni.S.

t Vufci grandine excuffi: in regione Tráspada  
dana summa abundantia / sed parum utilitatis  
nunciat: Solú mihi laurentinú meú in redditu  
(nihil qdem ibi possideo præter tectú & ortum sta-  
timq; harenas) Solú tñ mihi í redditu ibi enim plu-  
rimum scribo: Nec agrú quem non habeo sed ipsú  
me studiis excolo: ac iam possum tibi ut aliis í locis  
horreum plenú: sic ibi scriniú ostédere. Igit' tu quo-  
q; si certa & fructuosa prædia concupiscis aliquid í  
hoc littore para. Vale.

## C.P.Lepido.S.

f Aepe tibi dico inesse uim Regulo: mirum  
ē q̄ efficiat: in qđ incubuit. Placuit ei lugei  
filiú: luget ut nemo. Placuit stauas eius & imagies  
q̄ plurimas facere: hoc omnib; officinis agit: illú co-  
lorib;: illú cera: illú ære: illú argento: illú auro: illú  
ebore: illú marmore effingit. Ipse uero & nuper ad-  
hibito ingenti auditorio libꝝ de uira pueri recitauit:  
tñ eundem libꝝ uel in exemplaria mille transcriptú  
p totá Italiá prouinciasq; dimisit. Scripsit publice  
ut a decurionibus deligeret uocalissimus aliquis ex  
ipsis q̄ legeret eú populo / factú est. Hanc ille uim  
seu quo alio nomine uocanda est intétio qcqd uelis  
obtinendi: si ad potiora uertisset: quátú boni efficeri  
potuisset. quãq̄ minor uis bonis q̄ malis inest: ac si

cut αμαθια μεθ' θρασος λογισμος Δεοκρου



principi uiro qui me nominationis die per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat: tanquam in locum suum cooptaret. quod nunc euentus ita comprobauit: ut non fortuitum uideretur. Te quidem ut scribis hoc maxime delectar auguratus meus: quod. Mar. Tullius augur fuit. Lætaris enim quod honoribus eius insistam: quem æmulari in studiis cupio. Sed utinam ut sacerdotium idem: ut consulatum multo etiam iunior quam ille sum consecutus: Ita senex saltem ingenium eius aliqua ex parte adsequi possem. Sed nimium quæ sunt in manu hominum: & mihi & multis contigerunt. Illud uero ut adipisci arduum: sic etiam sperare nimium est: quod dari nisi ad iis non potest.

C. P. Vrsus. S.

Autem per hos dies Iunius Bassus dixit: homo laboriosus & aduersis suis clarus: accusatus est sub Vespasiano a priuaris duobus: ad Senatum remissus diu pependit. Tandem absolutus uindicatusque est: Titum timuit: ut Domitiani amicus: a Domitiano relegatus est: reuocatus a Nerua: sortitus que Bithiniam. Rediit reus accusatus non minus acriter quam fideliter defensus. Varias sententias habuit: plures tamen quasi mitiores. Aegit contra eum Pomponius Rufus uir peritus et uehemens: Rufus successit Theophranes unus ex legatis fax accusationis & origo: Respondi ego. nam mihi Bassus iniunxerat ut totius defensionis fundamenta iacerem: dicere de ornamentis suis

*M. Tullio*

*anno est horie*

*(Vrsus)*

*accusationis*



quæ illi ex generis claritate & ex periculis ipsis ma-  
 gna erant. Dicerem de conspiratione delatorū quā  
 in quæstu haberent: dicerem cās quibus factiosissimū  
 quencq; ut illū ipm Theophanen offendisset; eūde  
 me uoluerat occurrere crimini quo maxime preme-  
 bat. in aliis enim quis auditu grauioribus non abso-  
 lutionem modo uerū etiam laudē merebat. Hoc il-  
 lū onerabat q; homo simplex & incautus quædam  
 a prouincialibus ut amicus acceperat: Nā fuerat ī ea  
 dem prouincia quæstor. Hæc accusatorē furta & rabi-  
 nas ipse mūera uocabat. Sed lex munera quoq; ac-  
 cipi uetat: hic ego qd agerē: qd iter defensionis ingre-  
 derer: negarem: uerebar ne plane furtū uideret: qd  
 confiteri timerē. Præterea rē manifestā inficiari au-  
 gentis erat crimen non diluentis: præsertim cū reus  
 ipse nihil aduocatis integrū reliqisset. Multis enī at  
 q; etiam principi dixerat: sola se munuscula dūta-  
 xat natali suo aut Saturnalibus acceperisse: & plerisq;  
 misisse. Veniam ergo peterem: iugulassē reū quē  
 ita deliqisse concederē: ut seruari nisi uenia non pos-  
 set. tāq; recte factū ruerer: Non illi profuissē: sed  
 ipse impudēs exiitissē. In hac difficultate placuit  
 mediū quoddā tenere: Videor tenuisse: actionem me-  
 am ut prælia solet nox diremit. Egerā horis tribus &  
 dimidia: superat sesquihora: Nam cū ex lege accu-  
 sator sex horas: nouē reus acceperat ita diuiserat tē-  
 pora reus inter me & eū q dicturus post erat: ut ego

*Generis claritate*

*Simplex et incautus*

*Lex munera*

*Sesquihora*

*Accusatoris .vi. horas.  
reus .ix. ex lege reus*

quinq; horis ille reliquis uteretur. mihi successus ac-  
 tionis silenium finem suadebat. Temerarium est enim  
 secundis non esse contentum. Ad hoc uerebar ne mox  
 corporis uires iterato labore deficerent: quem diffi-  
 cilius est repetere quam iungere. Erat etiam periculum ne  
 reliqua actio mea frigus ut deposita & tedium ut re-  
 sumpta pateret: Vt enim faces ignem assidua con-  
 cussione custodiunt: dimissum egermine reparant: sic  
 & dicentis calor & audientis intentio continuatioe  
 seruatur: inter capedine & quasi remissione langue-  
 scit. Sed Bassus multis precibus: poene etiam lachry-  
 mis obsecrabat implerem meum tempus: parui: utilitateque  
 eius praetuli meae: bene cessit: inueni ita erectos ani-  
 mos Senatus: ita recentes: ut priore actione incita-  
 ti magis quam satiati uiderentur. Successit mihi Lucius  
 Albinus tam apte: ut orationes nostrae uarietatem du-  
 arum contextum unius habuisse credantur. Respondit  
 Herenius Pollio instanter & grauius. deinde The-  
 ophanes rursus. facit enim hoc quoque ut caetera im-  
 pudentissime: post duos & consulares: & disertos  
 tempus sibi & quidem laxius uindicauit. dixit in no-  
 ctem: atque etiam illatis lucernis. Postero die aegerunt  
 pro Basso: Titius Homullus & Froto mirifice. quar-  
 tum diem probatioes occupant. cenfuit Bebius Ma-  
 cer cos. des. lege repetundarum Bassum reneri: Cae-  
 pio Hispo salua dignitate iudices dandos: uterque  
 recte: qui fieri potest inquis cum tam diuersa censu

ius  
 dim.

reuapredine:

de multo grande  
 de modo  
 uade facia sen  
 inenar de Joad

cop

erunt: quia scilicet & Macro legem intuenti cōfenti-  
 taneum fuit damnare eū qui contra legem munera  
 acceperat. Cœpio cum putaret licere Senatui sicut  
 licet & mitigare leges & intendere non sine ratione  
 ueniam dedit facto uetito quidem / non tamē inu-  
 sitato. Præualuit sentētia Cœpionis: quinimo cō-  
 surgēti ei ad cēsendū acclamatum ē: qđ solet residē-  
 tibus. Ex quo potes existimare: quāto cōsensu sit ex-  
 ceptum cum diceret: qđ tam fauorabile fuit cū di-  
 cturus uideret. Sunt tñ ut in senatu: ita in ciuitate i-  
 duas partis hominum iudicia diuisa. Nam quibus  
 Sententia Cœpionis placuit: sentētiā Macri ut  
 rigidam durāq; reprehendunt: quibus Macri illā  
 alteram dissolutam atq; etiam incongruentem uo-  
 cant. Negant enim congruēs esse retinere in Sena-  
 tu cui iudices dederis. fuit & tertia sententia. Vale-  
 rius Paulinus assensus Cœpioni hoc amplius cēsu-  
 it referēdū de Theophane cū legationē renūciaffet.  
 arguebat .n. multa in accusatōe fecisse quæ illa ip̄a  
 lege qua Bassum accusauerat teneret. Sed hāc sen-  
 tētiā coss. q̄q; maximæ parti Senatus mire p̄ba-  
 bat / nō sunt persecuti. Paulinus tñ & iusticiæ famā  
 & constantiæ tulit: Misso Senatu Bassus magna ho-  
 minū frequētia / magno clamore / magno gaudio ex-  
 ceptus ē. fecerat eum fauorabilem renouata disci-  
 minū uetus fama: notūq; periculis nomē & in pro-  
 cero corpore mœsta & squalida senectus, habebis

H. S. L. L. L.  
 H. S. L. L. L.

J. M. L.

hanc interim epistolam: ut προαρμῶν. Expectabis orationem plenam honestam: expectabis diu. Neq; enim breuiter & cursim ut de re tanta retractanda est. Vale.

C.P.Sabino.S.

*l. 1. q. 1. d. 1. c. 1. in q. 1.*

**f** Cribis mihi Sabina: quæ nos reliquit hæredes: Modestum seruum suum nusq; liberum esse iussisse: eidem tamen sic ascriptisse legatum: Modesto quem liberum eë iussi. Quæris quid sentiam: contulicum peritis iuris: conuenit inter omnes nec libertatem deberi: quia non sit data: nec legatum: quæ seruo suo dedit. Sed mihi manifestus error uidetur: Ideoq; puto nobis quasi scripserit Sabina faciendum: quod ipsa scripserit se credidit. Confido accessurum te sententiæ meæ cum religiosissime soleas custodire defunctorum uoluntatem: quam bonis hæredibus intellexisse pro iure est. Neq; enim minus apud nos honestas quam apud alios necessitas ualet. Moretur ergo in libertate sistentibus nobis: fruatur legato quasi omnia diligentissime cauerit: cauit enim quæ hæredes bene elegit. Vale.

C.P.Minutiano.S.

*l. 1. q. 1. d. 1. c. 1. in q. 1.*

**a** Vidistine Valerium Licinianum in Sicilia profiteri: nōdum te puto audisse. Est enim recens nuncius: prætorius modo hic inter eloquentissimos causarum actores habebatur. Nūc eo decidit: ut exul de Senatore & rhetor fieret. Itaq; ipse in præ-

fatione dixit dolenter & grauior: Quos tibi fortuna  
 ludos facis: facis enim ex Senatoribus professo-  
 res: ex professoribus Senatores. Cui sententiæ tantū  
 bilis: tantum amaritudinis inest: ut mihi uideat̃ iō  
 professus: ut hoc diceret. Idem cū græco pallio ami-  
 ctus intrasset: carent enim togæ iure: quibus aq̃ &  
 igni interdictū ē: Postq̃ se composuit: circūspexitq;  
 habitū suū: latine inq̃ Declamaturus sum: dicēs tri-  
 stia & miserāda: Dignū tamen illum q̃ hæc ipsa stu-  
 dia incesti scelere macularit. Confessus ē quidem in-  
 cestum: sed incertum utrū quia uerū erat an q̃ gra-  
 uiora metuebat si negasset: Fremebat enim Domi-  
 tianus æstuabatq; ingenti inuidia destitutus: Nam  
 cū Corneliā Vestalium maximam defodere ui-  
 uam concupisceret: ut qui illustrari seculū suum eius-  
 modi exemplis arbitraret̃: pontificis maximi iure  
 seu potius immanitate tyrāni licētia domini reliquos  
 pontifices non in Regiā: sed in Albanā uillā con-  
 uocauit. Nec minore scelere quam quod ulcisci ui-  
 debatur: absentem inauditq; dānauit incesti: cum  
 ipse fratris filiā incesto non poluisset solū: uerū etiā  
 occidisset: Nā uidua abortu periit. missi statim pon-  
 tifices q̃ defodiendam necādāq; curarent. Illa nunc  
 ad Vestā: nūc ad cæteros deos manus tendens mul-  
 ta sed hæc frequentissime clamitabat: Me cæsar in-  
 cestam putat: qua sacra faciente uicit: triumphauit.  
 Blādiens hæc an irridens ex fiducia sui: an ex con-

107  
Fortuna

1105  
Sui Toga. Cuius q̃  
& igni interdicitur

Sestaliū m.  
sui dapantū

temptu principis dixerit dubium est: dixit donec ad  
 supplicium nescio an innocens: certe tãq̃ nocens du  
 cta est. Quin etiam cum in illud subterraneum cu  
 biculum demitteretur hæsissetq; descendenti stola  
 uertit se ac recollegit. Cum ei manũ carnifex daret  
 aduersata est: & resiliit: scedũq; cõtactum quasi pla  
 ne a casto puroq; corpore nouissima sanctitate reie  
 citoisbusq; numeris pudoris πολλήν προοίαν εσ  
 χεν ευσχημῶς πείσθη. Præterea ceter eques Ro.  
 cui Cornelia obiiciebat: cũ in comitio uirgis cæde  
 retur i hac uoce perstiterat: quid fæci: nihil fæci. Ar  
 debat ergo Domitianus & crudelitatis: & iniquita  
 tis insania: arripit Licinianũ q; in agris suis occultas  
 set Corneliæ libertã: Ille ab his quib; erat curã præ  
 monetur: si comitiũ & uirgas pati nollet ad confes  
 sionem confugeret quasi ad ueniã: fæcit: locutus est  
 pro absente Herennius Senicio tale quiddã qua e  
 est illud κείται παπροκλῶσ. Ait enĩ ex aduocato  
 nuncius factus sum. Licinianus recessit: gratũ hoc  
 Domitiano adeo quidem ut gaudio prodiret: dice  
 retq; Absoluit nos Licinianus. Adiecit etiã non eẽ  
 uerecundiã eius instandũ. Ipsi uero pmisit si q̃ posi  
 set ex rebus suis rapere anteq; bona publicarent. exi  
 liumq; molle uelut præmiũ dedit. Ex quo tñ postea  
 clemẽtia diui Neruæ translatus est in Siciliam ubi  
 nũc profitetur: seq; de fortuna præfationibus uindi  
 cat. Vides q̃ obsequenter paream tibi: q; non solum

*in m. cubulum*

*in r. pudoris*

*in f. Neruæ*

res urbanas uerū etiam peregrinas tā sedulo scribo:  
 ut alius repetam:& sane putabam te quia ruc abfui  
 stinihil aliud de Liciniano audisse:q̄ relegatū ob in  
 cestum. Sūmam enim rerum nunciat fama: non or  
 dinem. Mereor ut uicissim qd in oppido tuo qd infi  
 nirimis agat (Solent enim quædā notabilia in eidei  
 re) Per scribas. deniq; qcqd uoles: dūmodo non mi  
 nus longa epistola nuncies. Ego non paginas tānū  
 sed uersus etiā: syllabasq; numerabo. Vale.

C.P. Arriano .S.

a Mas Egnatium Marcellinū atq; etiam sæ  
 pe cōmendas. Amabis magis cōmendabis  
 que si cognoueris eius recens factum. cum in prouī  
 tiam quæstor exisset scribāq; q̄ sorte obtigerat ante  
 legitimū salarii tempus amisisset: quod acceperat  
 scribæ daturus intellexit:& statuit subsidere apud  
 se non oportere. Irāq; reuersus Cæsarem: deide Cæ  
 sare autore Senatū cōsuluit: quid fieri de salario  
 uellet & parua quæstio: sed tamen quæstio: hæredes  
 scribæ sibi; præfecti ærarii populo uindicabant: ac  
 ta causa est: dixit hæredum aduocatus: deinde po  
 puli: uerq; percommode. Cæcilius Strabo ærario  
 censuit inferendum: Bebius Macer hæredibus dan  
 dum. obtinuit Strabo. Tu lauda Marcellinū: ut e  
 go statim sæci: quāuis enim abunde sufficiar illi: qd  
 est & a principe & a Senatu probatus: gaudebit ta  
 men testimonio tuo. Omnes enim q̄ gloria fama; q;

h ii

pagina:-  
 usq;  
 syllabos:-

Sūma? rru  
 fama: nō o

Marcellim  
 laudabit

sa  
 ru

ducuntur mirum in modum assensio & laus a minoribus etiam profecta delectat. Te uero Marcellinus ita ueretur ut iudicio tuo plurimum tribuat. Adcedit his quod si cognoritur factum suum isto usque penetrasse inaccessibile est laudis suae spatio & cursu & peregrinatione laetetur. Nescio enim quo pacto uel homines magis iuuat gloria laeta quam magna.

C. P. Tacito. S.

f Aluum te in urbem uenisse gaudeo. Venisti autem si quando alias: nunc maxime mihi desideratus. Ipse pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor: ut opusculum quod est in manibus absolua. Vereor enim ne si hanc intentionem iam in finem intermisero aegre resumam: Inferi ne quod festinationi meae par: quod sum praesens petiturus: hac quasi praecursoria epistola rogo. Sed prius accipe causas ro-gandi: deinde ipsum quod peto. Proxime cum in patria mea fui: uenit ad me salutandum municipis mei filius praetextatus: huic ego studes inquam: respondit etiam ubi? Mediolani: Cur non hic? & pater eius (erat enim una atque etiam ipse adduxerat puer) quia nullos hic praecipitores habemus: quare nullos: nam uehementer intererat uestra: quod patres estis (& opportunè complures patres audiebant) liberos uestris hic potissimum discere. Vbi enim aut iucundius morarentur quam in patria aut pudicitius continerentur quam sub oculis parentum: aut minore sumptu quam domi. Quatulum est ergo colla-

magis iuuat gloria  
laeta quam magna

via studiis  
foris.

rovia sola

nam:

uicinus:



ta pecuniā conducere præceptores: quodq; nunc in  
 habitationes in uaticā: in ea quæ peregre emuntur:  
 Omnia autem peregre emunt: impeditis: addicere  
 mercedibus. Atq; adeo ego: q; nondū liberos habeo  
 pararus sum p. re. p. nostra: quasi p. filia uel parente  
 rertiā præ eius: qd' conferre uobis placebit dare. To-  
 tū etiā pollicerer nisi timerē ne hoc munus meum  
 quandoq; ambitu corrūperet: ut accidere multis in  
 locis uideo in quibus præceptores publice condu-  
 cuntur: huic uitio occurri uno remedio potest. Si pa-  
 rentibus solis ius conducendi reliquatur: iisdēque  
 religio recte iudicandi necessitatē collationis adda-  
 tur: Nam qui fortasse de alieno negligentes: certe  
 de suo diligentes erunt: dabuntq; operam ne eam a  
 me pecuniā nō nisi dignus accipiat si accepturus &  
 ab his erit. Proinde cōsentite: conspirare: maioreque  
 animū ex meo sumite: q; cupio esse q̄ plurimum: qd'  
 debeā conferre: nihil honestius præstare liberis ue-  
 stris: nihil gratius patriæ potestis. Edoceant hic q;  
 hic nascunt statimq; ab infantia natale solum ama-  
 re frequentare consuecant: atq; utinam tam claros  
 præceptores inducatis ut a finitimis oppidis studia  
 hinc petantur: utq; nunc liberi uestri aliena in loca  
 ita mox alieni in hunc locum confluā. Hæc puta-  
 ui altius & quasi a fonte repetenda: quo magis sci-  
 res: q̄ gratum mihi foret si suscepis quod iniungo:  
 Iniungo autem & pro rei magnitudine rogo: ut ex

4 Tanti

copia studiosorum quæ ad te ex admiratione ingenii tui conuenit: circumspicias præceptores: quos sollicitare possimus: sub ea tamen conditione ne cui fidem meam obstringam: oia. n. libera parentibus seruo: illi iudicent: illi eligant: ego mihi curam tantum & impendium uindico. Proinde si quis fuerit reprobus ingenio suo fidat: eat illucea lege ut hinc nihil aliud certum quam fiduciam suam ferat. Vale.

C. P. Paterno. S.

cintra merce

t V fortasse orationem ut soles & flagitas & expectas. At ego quasi ex aliqua peregrina delicataque merce lusus in eos tibi prodo. Accipies cum hac epistola endecasyllabos nostros: quibus nos in ueliculo: in balineo intra cenam oblectamus: otium temporis: his iocamur / ludimus / amamus / dolemus / querimur / irascimur / describimus aliquid modo pressius modo elatius / atque ipsa uarietate tentamus efficere ut alia aliis: quædam fortasse omnibus placeant. Ex quibus tamen si nonnulla tibi petulantiora paulo uidebuntur: erit eruditionis tuæ cogitare / summos illos & grauissimos uiros: qui talia scripserunt non modo lasciuia rege / sed ne uerbis quidem nudis abstinuissent: quæ nos refugimus non quia seueriores (unde enim) sed quia timidiores sumus. Scimus alioque huius opusculi illam esse uerissimam legem quam Catullus expressit.

oro. Luso



bonos numerem: Idem Cornelium Tacitum scis quem  
 uirum arcta familiaritate complexus est. Proinde si utrumque  
 que nostrum probas: de Ruffo quoque necesse est ut idem  
 sentias: cum sit ad connectendas amicitias uel tena-  
 cissimum uinculum: morum similitudo. Sunt ei libe-  
 ri plures: nam in hoc quoque functus est optimi ciuis  
 officio: quod de fecunditate uxoris large frui uoluit  
 eo seculo: quo plerisque etiam singulos filios orbitatis  
 premia graues faciunt. Quibus ille despectis aui quo-  
 que nomen assumpsit. Est enim auus & quidem ex Sa-  
 turio Firmo quem diliges ut ego: si ut ego propius in-  
 spexeris: haec eo pertinet ut scias quam copiosam quam nume-  
 rosam domum uno beneficio sis obligaturus: ad quod  
 petendum uoto primum: deinde bono quodam omni-  
 ne adducimur. Optamus enim tibi: ominamurque in pro-  
 ximum annum consulatum. Ita nos uirtuti tuae iudicia pri-  
 cipis augurari uolunt. Concurrit autem ut sit eodem anno  
 quaestor maximus ex liberis Rufi Asinius Bassus  
 iuuenis (nescio an dicam quod me pater & sentire et  
 dicere cupit: adolescentis uerecundia uetat) ipso pre-  
 melior. Difficile est mihi ut de absente credas: quanquam  
 credere soles omnia: tantum in illo industriae: probitatis:  
 eruditionis: ingenii: studii: memoriae denique esse: quantum  
 expertus inuenies. Vellem tam ferax seculum bonis arti-  
 bus haberemus: ut aliquos Basso praefere deberes.  
 Tum ego te primus hortarer moneremque circumferres  
 oculos: ac diu pensitares quem potissimum eligeres:

in viculis ad  
 nostrum omni

13

Hunc uero / sed nihil uolo de amico meo arroganti  
 us dicere hoc solum dico: dignum esse iuuenē: quē  
 more maiorū in filii locū assumas. Debent autē sapiē  
 tes uiri: ut tu / tales a re. p. liberos acciperē: quales a na  
 tura solemus optare: decoꝝ erit tibi consuli quæstor  
 patre prætorio propinquis consularibꝝ: qꝛbꝝ iudicio  
 ipsoꝝ quāqꝫ adoleſcētulus adhuc iā tñ inuicē orna  
 mēto est. p̄inde indulge precibus meis obſeꝛe con  
 filio & ante oīa / si festinare uideor ignosce: p̄timum  
 quia uotis suis amor plerūqꝫ p̄currit / deinde qꝫ in ea  
 ciuitate in qua oīa quasi ab occupātibꝝ agunt: quæ  
 legitimū tēpus expectār nō matura: sed lera sunt.  
 Deinde qꝫ rerū quas assequi cupias præsumptio ip  
 sa iucunda est. & eueatur iā te Bassus ut consulem  
 tu dilige illū ut quæstorē. Nos deniqꝫ utriusque ue  
 strū amātissimi lætitia duplici p̄fruiamur. Etenī cū  
 sic te sic Bassum diligamus: ut & illū cuiuscūqꝫ & tu  
 um quēcūqꝫ quæstorē i petēdis honoribꝝ omni ope  
 labore gratia simus adiuturi: p̄qꝫ iucūdū nobis erit:  
 si in eundem studiū nostrū & amicitie meæ & con  
 sulatus tui ratio cōrulerit. Si deniqꝫ p̄cibus meis tu  
 potissimū adiutor adcesseris: cuius & Senatus suf  
 fragio libentissime indulgeat: & testimonio pluri  
 mum credat. Vale.

C. P. Valerio Paulino. S.

g Audeo meo / gaudeo tuo / gaudeo ēt publico  
 nomine: adhuc honor itudius durat. Proxie.

cū dicturus apud centū uiros essem adeūdi mihi lo-  
cus: nisi a tribunali: nisi p̄ ipsos iudices nō fuit: tanta  
stipatione cætera tenebant. ad hoc qdam ornatu a  
dulescens scissis tunicis ut in frequētia solet fieri so-  
la uelatus toga perstitit: & qdē horis. vii. Nā tā diu  
dixi magno cū labore: maiote cū fructu. Studeam?  
ergo nec desidiæ nostræ p̄tendamus alienā. Sunt  
q̄ audiāt: sunt qui legant. nos modo dignū aliquid  
autibus: dignū chartis elaboremus. Vale.

C. P. Gallo. S.

e T admones: & togas: ut suscipiam absentis  
causam Coteliæ contra C. Cæciliū consulē  
designatū. Q̄ d̄ admones gratias ago: q̄ togas que-  
ror. admoneri enim debeo non rogari ut faciā: Q̄ d̄  
mihi nō facere turpissimū est. an ego tueti Coreli fi-  
liā dubitē? Est mihi qdem cū isto contra quē me ad-  
uocas non plane familiaris: sed tñ amicitia. Adce-  
dit huc dignitas hominis. Ad hoc ipse: cui destina-  
tus est honor: cuius nobis hoc maior habēda reuerē-  
tia est: q̄ iam illo functi sumus. Natutale est. n. ut ea  
quæ quis adept⁹ ē: ipsa q̄ amplissima existimari ue-  
lit. Sed mihi cogitāti affutur⁹ me Coteli filia om-  
nia ista frigida & inania uident⁹: obuersat⁹ oculis il-  
le uir: quo neminem ætas nostra grauiorē / sanctio-  
rem / subtiliorē / tulit: quē ego cū admiratione dilige-  
re cœpissē quod euenire cōtra solet magis admi-  
ratus sum: postq̄ penitus inspexi: inspexi enī penit⁹

nihil ille a me secretū: non ioculare: non ferium: non triste: non latū. Adulescētulus eram: & iam mihi ab illo honor. Atq; ēt audebo dicere etiā reuerentia: ut ab æquali habebat. Ille meus in petendis honorib; suffragator & testis: Ille in icohādīs deductor & comes: Ille in gerendis consiliator & rector: Ille denique in oībus officiis nostris: q̄q; & imbecillis & senior: quasi iuuenis & ualidus conspicebatur. Quātū ille famæ meæ domi in publico: quātū etiā apd̄ principē astruxit. Nā cū forte de bonis iuuenibus apud Neruā imperatorē sermo icidisset: & pleriq; me laudibus ferrent: paulisper se intra silentiū tenuit: qd̄ illi plurimū auctoritatis addebat: deinde grauitate: quā noras: incesse est inq;: parcius laudem Secundū: quia nihil nisi ex cōsilio meo facit: qua uoce tribuir mihi quātū petere uoro imodicū erar: nihil me facere nō sapientissime: cū oīa ex consilio sapientissimi uiri facerem. Quin etiā moriens filix suæ: ut ipsa solet prædicare: multos qdem amicos tibi in lōgiore uita parauit præcipuos tñ Secundum & Cornutum: quod cum recordor: intelligo mihi laborandum: ne qua parte uidear hanc de me fiduciam prudētissimi uiri destituisse. Quare ego uero Corchiæ adero promptissime: nec subire offensas recusabo: quāq; non solum ueniam me: uerum etiam laudem apud istū ipsum: a quo ut ais noua lis fortaste ut femina itēdit arbitror cōsecurus: si hæc eadē i actiōe

latius scilicet & uberius:q̄ epistolay angustia finūt  
contigerit :mihī uel in excusationem:uel etiam i cō  
mendationem meam dicere. Vale.

C.P.Antonino.S.

q̄ Vemadmodum magis approbare tibi pos  
sum quanropere mirer epigrāmata tua græ  
ca quā q̄ quādā latine amulari & exprimerē tenta  
ui:in deterius tamen adcidii hoc primum imbecilli  
tate ingenii mei:deinde inopia ac potius ut Lucreti  
us ait i egestate patrii sermonis.q̄ si hæc quæ sunt la  
tina:& mea habere tibi aliquid uenustatis uidebun  
tur/quanrum puras inesse grariæ eis:quæ & a te &  
græce proferuntur. Vale.

C.P.Hispullæ.S.

c Vm sis pietatis exemplū: fratrēq; & opti  
mū & amātissimū rui pari caritate dilexeris:  
filiāq; eius ut tuā diligas nec tātū amitæ ei: ueq; etiā  
partis amīssi adfectū repræsenres:nō dubiro maxio  
tibi gaudio fore cū cognoueris dignā patre:dignam  
te:dignā auo euadere.Sūmū ē acumē:sūma fruga  
litas:amat me:qd' castitatis indicium ē.Adcedir his  
studium litteray:quod ex mei caritate cōcœpir.Me  
os libellos habet:lectirat:ediscit ēt. Quæ illa sollici  
tudine cum uideor acturus quanro cum argi gau  
dio adficitur : disponit qui nuncient sibi quem  
assensum : quos clamores excitarim / quem euen  
tum iudicii tulerim . Eadem si quando recito



in proximo discreto uelo sedet laudesq; nostras au-  
 distimis auribus excipit. Versus quidē meos cantat  
 etiam formatq; cithara non artifice aliquo docente  
 sed amore / qui magister est optimus. His ex causis  
 in spem certissimā adducor ppetuā nobis maiorēq;  
 in dies futuram esse concordia. Non ætatem meam  
 aut corpus quæ paulatī occidūt ac senescūt: sed glo-  
 riam diligit. Nec aliud decet tuis manibus educatā /  
 tuis præceptis institutam: quæ nihil in cōtubernio  
 tuo uiderit: nisi sanctū honestūq;: quæ deniq; ama-  
 me ex tua prædicatione cōsueuerit. Nā cū matrem  
 meā parentis uice dilexeris: me a pueritia statim for-  
 mare: laudare talēq; qualis nunc uxōri meæ uideor  
 omiari solebas. Certatim ergo tibi gratias agimus.  
 Ego quod illā mihi: illa q; me sibi dederis / quasi in  
 uicem elegeris. Vale.

*amor mag  
 optimus*

C.P. Nonio Max. S.

q. / Vid' fensei mi de singulis tuis libris: notum  
 tibi ut quēq; plegeram faci: accipe nūc qd d  
 uniuersis generaliter iudicē. Est opus pulchrū / uali  
 dū / acre / sublime / uariū / elegās / pur; / figuratū / spatio  
 sumetiā / & cū magna tua laude diffusu mi: quo tu i  
 genii simul dolorisq; uelis latissime uectus es: ho-  
 rum utrunque inuicem adiuumento fuit. Nam dolo-  
 ri sublimitatem: & magnificentiam ingenium. In-  
 genio uim & amaritudinē dolor addidit. Vale.

*Ingenij su  
 riq; uel*

## C.P. Velio Cereali. S.

t Ristem & acerbum casum Heluidiarū so-  
rorum: utraq; partu: utraq; filiā enixa dece-  
sit: Adficio dolore nec tamē supra modum doleo:  
Ita mihi luctuosum uideē q; puellas honestissimas  
in flore primo sēcunditas abstulit. Angor infantiū  
forte quæ sunt parentibus statim & dum nascuntur  
orbata. Angor optimoꝝ maritorum. Angor etiam  
meo nomine: Nā patrem illaꝝ defunctū quoq; p-  
seuerantissime diligo ut actione mea librisq; testa-  
tum est. Cui nūc unus ex tribus liberis superest: do-  
mūq; pluribus adminiculis paulo ante fundatā de-  
solatus fulcit: ac sustinet: Magno tamen fomēto do-  
lot meus adquies. et: si hunc saltem fortem & inco-  
lumen: parēq; illi patri: illi auo fortuna seruauerit:  
cuius ego pro salute: pro moribo hoc sum magis an-  
xius: q; unicus est: nosti in amore mollitiam animi  
mei: nosti metus: quo minus te mirari oportebit qd  
plurimū rimeam de quo plurimum speto. Vale.

## C.P. Sempronio Rufo. S.

i Nterfui principis oprimi cognitioni in con-  
siliū assumptus: Gymnicus Agon apud  
Vienenſes ex cuiusdam testamento celebrabatur.  
Hūc Trebonius Rufinus uir egregius nobisq; ami-  
cus in duumuiratu tollendū abolendūq; curauit.  
Negabatur ex auctoritate publica fēcisse. Aegit ip-  
se causam non minus feliciter q̄ diserte. Cōmenda

bat actionē: q̄ tanq̄ homo Romanus & bonus ciuis  
 in negotio suo & mature & grauit̄ loquebat̄ / cū  
 sententiā rogarentur: Dixit Iunius Mauricus (quo  
 uiro nihil firmit̄ nihil uerius) non esse restituendū  
 Viennēsis Agona: adiecit: Vellē etiam Romæ  
 tolli posset: cōstanter inq̄ & forr̄iter. Quid ni? Sed  
 hoc Maurico nouū non est. Idem apud imperatorē  
 Neruam non minus fortiter: Ccenabar Nerua cum  
 paucis Veiento proximus atq̄ etiā in sinu recum-  
 bebat. Dixi omnia / cum hominem nominauī. Inci-  
 dir sermo de Catullo Messalino: qui luminibus ca-  
 ptus ingenio s̄auo mala cæcitaris addiderat: non ue-  
 rebat̄: nō erubescēbat: non miserabat̄. Quo sapi-  
 us a Domitiano non secus: ac tela: quæ & ipsa cæca:  
 & improuida ferunt̄ in optimum quēq̄ cōtorque-  
 bat. De huius nequiria: sanguinariisq̄ sententiis in  
 cōmune omnes sup cœnā loquebant̄: Cum ipse im-  
 perator: quid puramus passurum fuisse si uiueret: &  
 Mauricus nobiscū cœnaret: longius abii libens ta-  
 men. Placuit Agona rolli: qui mores Viennensium  
 infecerat: ut nos̄ter hic omniū. Nam Viennensium  
 uitia itra ipsos residunt: nostra late uagant̄: utq̄ in  
 corporib: sic ī impio grauissimus ē morbus q̄ a ca-  
 pite diffundit̄.

C. P. Pōponio Basso .S.

m Agnā cœpi uoluptatem: cum ex cōmuni-  
 bus amicis noui te: ut sapientiā tuā dignū  
 est & disponere ocium: & ferre: habitare amœnis

sime & nunc terra: nunc mari: corpus agitare: multum disputare: multum audire: multum lectitare. Cūque plurimum scias quotidie tamen aliqd addiscere: oportet uirum ita senescere q̄ magistratus amplissimos gesserit: exercitus rexerit: totumq; se rei. p. q̄ diu d'cebat obtulerit. Nā & prima uiaē tempa & media patriā: extrema nobis impertiri debemus: ut ipsae leges monent: quae maiore annis ocio reddunt. Quando mihi licebit quando per aetatem honestum erit imitari istud pulcherrimae aetatis exemplū: quādo secessus mei nō d'sidiaē nomē: sed trāq̄llitatis accipiet.

C. P. Fabio Valenti. S.

p Roxime cum apud centum uiros in quadruplici iudicio dixissem: subiit recordatio: egisse me iuuenem aequae in quadruplici: processit animus ut solet longius ceepi reputare quos in hoc iudicio quos in illo laboris socios habuissem. Solus erā q̄ i utroq; dixissem: tantas cōuersiones aut fragilitas mortalitatis: aut fortunae mobilitas facit. Quidam ex his q̄ tūc egerant: decesserūt: exulant alii: huic aetas & ualitudo silentiū suaserit: hic sponte beatissimo ocio fruitur. Alius exercitū regit: illū ciuilibus officiis principis amicitia exemit. Circa nos ipsos q̄ multa mutata sunt. Studiis p̄cessimus: studiis periclitati sumus: rursusq; p̄cessimus: profuerūt nobis amicitiae bonorū & obfuerūt: iterūq; profunt. Si cōputes annos exiguū tempus: Si uices rerum auum

putes: quod potest esse documento nihil desperare:  
nulli rei fidere: cum uideamus tot uarietates tā uo-  
lubili orbe circūagi. Mihi autē familiarē ē omnis co-  
gitationes meas tecū cōmunicare iisdemq; te uel p̄-  
ceptis: uel exemplis monere: quib; ip̄e me moneo:  
quæ rō huius epistolæ fuit. Vale.

C. P. Metio Ma .S.

f. Cripseram tibi uerendum esse ne ex tacitis  
suffragiis uitū aliquod existeret. Factum ē  
proximis comitiis in quibusdam tabellis multa iocu-  
laria atq; etiam fœda dictu: In una uero pro candi-  
datorū nominibus suffragatorum nomina inuenta  
sunt: Excāduit Senatus magnoq; clamore in eū q  
scripsisset iratum principem cōprecatus est: Ille ta-  
men sefellit & latuit: fortasse etiam inter indignan-  
tis fuit. Quid hunc putamus domi facere: q in tāta  
re tā serio tempore scuriliter ludat: q deniq; omnino ī  
senatu dicax & urbanus & bellus est. tantum licen-  
tiæ prauis ingeniis adiicit illa fiducia. Quis enim  
sciet: poposcit tabellas / stilum accepit / demisit ca-  
put: neminem ueretur sed contēnit. inde ista ludi-  
bria / scena & pulpito digna: quo te uertas: quæ re-  
media conquiras: ubiq; uitia remediis fortiora. αλι-  
λα ταυτα. τω υπερημασ μελησει. Cui multum  
quotidie uigiliarū multum laboris. addicit hæc nō-  
stra iners sed tamen effrenata petulantia. Vale.

C.P.Nepoti.S.

P Etis ut libellos meos quos studiosissime cōparasti recognoscendos emendandosq; curam: Faciam. qd enim suscipere libentius debeo te p̄sertim exigente: Nam cum uir grauissimus / doctissimus / disertissimus maxime sup hęc occupatissimus puincia p̄fututus tāti putes scripta nostra cūferte recū. q̄tope mihi puidēdū est ne te hęc pars sarcinaz tāq̄ supuacua offendar: adnitat ergo primum ut comites istos q̄ cōmodissimos habeas: deinde ut reuersus inuenias quos istis addere uelis. Neque enim mediocriter me ad noua opera tu lector hortaris. Vale.

C.P.Falconi.S.

t Ertius dies ē q̄ audiui Sentiū Augutinum cum summa mea uoluptate: imo etiā admiratōe (poemaria appellat) multa tenuiter multa sublimiter / multa uenuste / multa tenerrime / multa dulciter / multa cum bile: aliquot ānis puto nihil generis eiusdem grauius & absolutius scriptum: nisi forte me fallit aut amor eius / aut quod me ipsum laudibus uexit. Nā lēma sibi sumpsit qd̄ ego interdum uersibus ludo: atq; adeo iudicii mei te iudicem faciam si mihi ex hoc lēmate secundus uersus occurrerit: Nam cæteros tenco & iam explicui:  
Canto carmina uersibus minutis  
His olim quibus & meus Catullus

Et Caluus ueteresq; .Sed quid ad me:

Vnus Plinius est mihi: priores.

Mauult uersiculos foro relicto

Et quatit quod amet: luuatq; amare

Illos (Plinius ille) Quid Catones .

I nunc quisquis amas amare noli.

Vides q̄ acuta omnia q̄ apta q̄ expressa. Adhunc gustum totum librum reptomitto: quem tibi ut primū publicauerit exhibebo. Interim ama iuuenem & temporibus nostris gratulare pro ingenio tali: quod ille moribus adornat: uiuit cum Spurrina: uiuit cū Antonino pio quorū alteri affinis utriq; contubernalis est. Possis ex hoc facere coniecturam q̄ sit emendatus adulescens: qui a grauissimis senibus sic ornatus amaturq; . Est enim illud uerissimum  $\gamma\gamma\mu\omega\sigma\kappa\omega\mu$   $\omicron\tau\iota\ \tau\omicron\iota\omicron\upsilon\tau\omicron\sigma\ \epsilon\sigma\tau\iota\ \mu\epsilon\kappa\alpha\sigma\tau\omicron\sigma\ \omicron\iota\sigma\tau\epsilon\rho\ \eta\delta\epsilon\tau\alpha\iota\ \xi\upsilon\mu\omega\mu$ . Vale.

C.P. Julio Seuero .S.

h Erēnius Seuctus uir doctissim⁹ magni æstimate i bibliotheca sua ponere imagines municipū tuorū: Cornelii Neporis: & Titi Catii: petitq; si sūt istic ut eē credibile ē exscribendas pigēdasq; delegē. Quā curā tibi potissimū iniūgo: Primū q̄ a desideris meis amicissime obsequeris: deinde q̄ a tibi studioꝝ sūma reuetētia/ sūmus amor studiosorū: Postremo q̄ patriā tuā: oīsq; q̄ nomē eius auxerūt: ut patriā ip̄am ueneraris & diligis. Peto aut ut picto

Amur. Ho  
Dem m l me

rem quā diligentissimum assumas: nam cum est arduum similitudinem effingere ex uero: tum longe difficillima est imitationis imitatio: a qua rogo: ut artificem quē elegeris ne in melius quā finas aberrare.

C.P.Romatio .S.

h Eia tu cum proxime res agent quoquo modo ad iudicandum ueni. Nihil quod in dextrā aurem fiducia mei dormias. nō impune cessat. Ecce Licinius Nepos prætor acer & sortis multam etiam dixit Senatori. Aegit ille in Senatu causam suam: ægit autem sic ut deprecaretur: remissa est multa: sed timuit: sed rogauit: sed opus uenia fuit. dices non omnes prætores tam seueri: falleris. Nam uel instituere: uel reducere eiusmodi exemplū non nisi seueri: institutum reductum ue exercere et lenissimi possunt. Vale.

C.P.Suræ.S.

a Truli tibi ex patria mea p munusculo quæstionem alissima ista eruditione dignissimam. Fons oritur in monte: per saxa decurrit: Excipit Cœnaciuncula manu facta. Ibi paululum retentus in larium lacum decidit. Huius miranatura: Ter in die stas auctibus ac diminutionibus crescit/decrescitque. Cernitur id palam & cum summa uoluptate deprehenditur. Iuxta recumbis & uesceris atque etiam ex ipso fonte: nam est frigidus / potas: interim ille certis dimensisque momentis uel

*ma*  
*is. pruditione di-*  
*ma.*



subtrahitur uel adsurgit. Anulum seu quid aliud po-  
 nis in sicco alluit' sensim: ac nouissime opit' : detegi-  
 tur rursus paulatimq; deserit'. Si diutius obserues:  
 uttūq; iterū: atq; tertio uideas. Spiritus ne aliqs oc-  
 cultior: os fontis & fauces modo laxat: modo in lu-  
 dit: put' illatus occurrit: aut decidit expulsus: Qu' ad  
 ampullis cæterisq; generis eiusdē uidemus ad cidef.  
 qbus non hiās nec statim patēs exitus. Nā illa quo-  
 que quāquā prona atque uergentia p' quasdam lu-  
 ctantis animæ moras crebris quasi singultib; sistūt  
 quod effundūt: an quæ oceano natura fonti quoq;?  
 Quæq; ille ratione aut impellitur: aut resorbet': hac  
 modicus hic humor uicibus alternis supprimit' eri-  
 giturq; & egerit': an ut flumina quæ in mare defe-  
 runt' aduersantib; uentis obuiosq; æstu retotquen-  
 tur: ita est aliquid quod huius fontis excursum per  
 momenta repetcutiat: an latentib; uenis certa men-  
 sura: quæ dum colligit quod exhauserat: minor ri-  
 uus & pigrior: cū collegit agilior maiorq; pfertur.  
 an nescio quod libramētū abditum & cœcum: qd'  
 cum exinanitum est suscitāt & elicit fontem. Cū re-  
 pletum: morat': & strangulat. Scrutare tu causas:  
 potes enim: quæ rātū miraculū efficiūt. Mihi abun-  
 de est si satis expressi quod efficit'. Vale.

C. CAECILI PLINI SECVNDI EPIST.  
LIB. Q. VINTVS.

C. P. Seuero. S.

Egatum mihi obuenit modicum: Sed amplissimo gratius. Cur amplissimo gratius? Pomponia Gratilla exhereditato filio Assudio Curiano haeredem reliquerat me: dederat cohæredes Sertorium Seuerum prætorium uirum: aliosq; splendidos eqtes Ro. Curianus orabat: ut sibi donare portionem meã seq; p iudicio iuarem. Eandem tacita cõuentione saluam mihi pollicebatur. Respondebã non cõuenire moribus meis: aliud palam: aliud agere secreto. Præterea nõ esse satis honestum donare & locupletari & orbo. In summa nõ profuturum ei si donassem / profuturum si cessissem. Esse autem me paratũ cedere: si iniue exhereditatum mihi liqueret. Ad hoc ille: Rogo cognoscas: cunctatus paulum: faciam inquam: Neq; enim uideo cur ipse me minore putem q̃ tibi uideor. Sed iam nunc memento non defutura mihi cõstantiam si ita fides duxerit secundum matrem tuã p̃nunciãdi ut uoles ait: Voles enim quod ægsum. adhibui in consilium duos: quos tunc ciuitas nostra spectatissimos habuit: Corelium & Frontinũ: his circumdatus i cubiculo meo sedi: Dixit Curianus quæ p̃to se putabat: respondi paucis ego: nec

enim aderat alius: qui defunctæ pudorẽ tueretur. Deinde secessi & ex consilii sententiã: Videt̃ in quã Curiane mater tua multas habuisse causas irascendi tibi. Post hoc ille cū cæreris subscripsit centumuirale iudicium: mecum non subscripsit. Appetebat iudicii dies: coheredes mei componere & transigere cupiebant non diffidentia causæ: sed metu ipsorum temporum. Verebantur quod uidebant multis accidisse: ne ex centumuirali iudicio capitis rei exirent. Et erant quidam ex illis quibus obiici & Gratillæ amicitia & rustici posses: rogāt ut cum Curiano loquar. Cōuenimus in ædẽ Cōcordiæ: ibi ego si mater in quã te ex parte quarta scripsisset hæredem: num queri posses: quod si hæredem quidem instituisset ex affectu: sed legatis ita exhausisset ut nõ amplius apud te quã quarta remaneret. Igitur sufficere tibi debet si exhæredatus a matre quartã partẽ ab hæredibus eius accipias: quã tñ ego augebo: Scis te nõ subscripsisse mecum & iam bienniũ transisse: omniaque me usu coepisse. Sed ut re coheredes mei tractabiliorẽ experiantur: utque tibi nihil abstulerit reuerentia mei: offero pro mea parte tantundem. Tuli fructum non cōscientiã modo: uerum etiam famæ. Ille ergo Curianus legatum mihi reliquit: & factum meum (nisi forte blandior mihi) antiquorum notabili more signauit. Hæc tibi scripsi quia de omnibus quæ me delectant uel angunt non aliter tecum quã mecum lo

qui soleo. Deinde q̄ durum existimabā te amātissimū mei fraudare uoluptate quā ipse capiebam. Neque enim sum tam sapiēs q̄ nihil mea iter sit: an iis quæ honeste faciisse me credo testificatio quædā & quasi præmium accedat.

C.P. Flacco .S.

a Cœpī pulcherrimos turdos: cum quibus parrem calculum ponē nec urbis copiis ex laurentino: nec maris tam turbidis tempestatibus possum. Recipies ergo epistolas steriles & simpliciter ingratas: ac nec illam quidem sollertiā Diomedis in pmutando munere imitantis. Sed quæ facilitas tua hoc magis dabis ueniā: q̄ se nō mereri fatēt. Vale.

C.P. Aristoni .S.

c Vm plurima officia tua mihi grata & iucunda sunt: tū uel maxime q̄ me celandum nō putasti: fuisse apud te de uersiculis meis multū copiosumq̄ sermonē: eūq̄ diuersitate iudiciorū longius pcessisse: extitisse etiā quosdā qui scripta quidem ipsa non improbarent: me in amice simpliciterq̄ reprehēderent q̄ hoc scriberem: recitarēq̄: quō ego ut augeam meā culpā: ita respondeo. facio nōnūq̄ uersiculos / seueros parū: facio & Comœdias: audio & specto mimos: & lyricos lego: & satyricos intelligo. Aliquādo præterea rideo: iocor: ludo. utq̄ oīa innoxia remissionis genera breuiter amplectar: homo sū. Nec uero moleste fero hāc esse de moribus meis exi

stimatiōem: ut qui nesciūt talia doctissimos / grauis-  
 simos: sanctissimos homines scriptitasse / me scriberē  
 mirent. Ab illis aut quibz notū est quos quātosque  
 auctores sequar facile imptrari posse confido: ut er-  
 rare me sed cum illis sināt / quoz nō seria modo uez  
 etiā lusus exprimere laudabile est. An ego uerear:  
 neminem uiuentiū nequam in speciem adulatiōis  
 incidam nominabo: Sed ego uerear ne me nō satis  
 deceat: Quod decuit. M. Tulliū .C. Caluū. Asiniū  
 Pollionē. M. Messalam. Q. Hortensiu. M. Brurū.  
 L. Sullā. Q. Catulū. Q. Sceuolā. Ser. Sulpitiū.  
 Varronē. Torquatum imo Torquatos. C. Mēmiū  
 C. Lentulū. Getulicū. Anneum Senecā & Lucanū  
 & proxime Virginiū Rufum: & si non sufficiūt exē  
 pla priuata. Diuum Iuliū. Diuū Augustū. Diuum  
 Neruā. T. Cæsarem. Neronem enim transeo: quis  
 sciam nō corrumpi in deterius quæ etiā a malis ali-  
 quādo / sed honesta manere quæ sæpius a bonis fi-  
 unt: Inter quos uel præcipue numerāds. P. Virgili-  
 us. Cor. Nepos & prius Ennius Actiusq;. Nō qdē  
 hi Senatores / sed sanctitas morū non distat ordi-  
 bz. Recito tū: quod illi an etiā sãcerint nescio: sed il-  
 li iudicio suo poterant esse contenti. mihi modestior  
 constantia ē q̄ ut satis absolutū putem quod a me p-  
 betur. Itaq; has recitandi causas sequor: primū q̄ ip-  
 se qui recitat aliquādo acrius scriptis suis auditorū  
 reuerentiam intendit. deinde q̄ de q̄bz dubitat qua

si ex consilii sententia statuit. Multa etiam a multis admonetur: & si non admoneatur quid quisque sentiat perspicit ex uultu: oculis: nutu: manu: murmure: silentio: quæ satis apertis notis iudiciū ab humanitate discernūt. Atque adeo si cui forte eorum: qui interfuerūt: curæ fuerit eadem illa legete intelliget me quædā aut cōmutasse: aut præterisse fortasse: etiā ex suo iudicio quis ipse nihil dixerit mihi. atque ita hoc disputo: quasi populū in auditoriū: non in cubiculū amicos aduocarem: quos plures habere multis gloriosum: reprehensionī nemini fuit.

C. P. Valeriano. S.

r Es parua sed inītiū non paruū. Vir prætorius sollers a Senatu petit ut sibi instituere in agris suis nūdinas pmitteret. Contradixerūt Vicētinoꝝ legati. Adfuit Tuscilius Nominatus: dilata cā est alio Senatu: Vicētini sine aduocato intrauerūt: dixerūt se deceptos. lapsi ne uerbo. an quia ita sentiebāt. Interrogati a Nepote prætore: quem docuissent. responderūt: quod prius: Interrogati: an tūc gratis adfuisset. responderūt: sex milibus nummum. An rusus aliquid dedissent: dixerunt mille denarios. Nepos postulauit ut Nominatus induceret. Hactenus illo die: sed quātum auguror longius res procedet: Nam pleraque tacita tantum: & omnino commota latissime serpūt. Erexī aures tuas: quæ diu nunc oportet: quæ blande roges ut reliqua cognoscas: si tai

men non ante ob hæc ip̄a ueneris Romã, spectator  
q̄ malueris esse q̄ lector. Vale.

C. P. Maximo .S.

nunciatur mihi, C. Fannium decessisse: qui  
nuncius graui me dolore confudit. Primũ  
q̄ amaui hominẽ elegantem & disertũ. Deide q̄ iu  
dicio eius uti solebam. Erat enim natura acutus: usu  
exercitatus: uarietate promptissimus. Angit me sup  
ista casus ipsius. Decessit ueteri testamento: omisit  
quos maxime diligebat: profecutus est quib̄ offen  
sior erat. Sed hoc utcũq̄ tollerabile. grauius illud:  
quod pulcherrimum opus imperfectum reliquit.

Quãuis enim agendis causis dstringeret scribe  
bat tamen exitus occisorũ aut relegatorũ a Nerone:  
& iam tres libros absoluerat subtilis & diligentis &  
latinos: atq̄ inter sermonem historiamq̄ medios:  
ac tanto magis reliquos perficere cupiebat: quanto  
frequentius hi lectitabantur. *ad mirabil*

Mihi autem uidet a  
cerba semper & immatura mors eorũ qui immorta  
le aliquid parant. Nam qui uoluptatib̄ dediti qua  
si in diem uiuunt: uiuendi causas quotidie finiunt.

Qui uero posteros cogitant: & memoriam sui ope  
ribus extendunt: his nulla mors non repentina est.  
ut quæ semper incohatum aliquid abrumpat. C. q̄  
dem Fannius quod accidit multo ante præsensit.

Visus est sibi per nocturnam quietẽ iacere in lectu  
lo suo compositus in habitu studentis habere ante

se scrinium ita ut solebat. mox imaginatus uenisse Neronem in thoro reledisse. prompsisse librum primum: quem de sceleribus eius ædiderat cūq; ad extremum reuoluisse: idem in secundo ac tertio facisse. ruc abiisse: expauit: Et sic interpretatus est tāquā idem sibi futurus esset scribendi finis: q; fuisset illi legendi: & fuit idē. Quod me recordārem miseratio subit. quantū uigiliarū quātū laboris exhauferit frustra. Occursant animo mea mortalitas: mea scripta: Nec dubito te quoq; eadem cogitatione terreri: pro istis quæ inter manus habes. Proinde dum suppetit uita: enitamur: ut mors q; paucissima: quæ abolere possit inueniat. Vale.

C.P. Apolinari. S.

a Maui curam & sollicitudinem tuā: q; cū audisses me æstate tuscos meos petiturū: ne facerem suasisisti: dū putas insalubris: est sane grauis & pestilens ora tuscorū: quæ p littus extendit. Sed hic pcul a mari recesserunt. Quin etiā Apennino saluberrimo montiū subiacent. Atq; adeo ut omnem p me metū ponas: accipe temperiem calis: regionis situm. Villæ amenitatem / quæ & tibi auditu & mihi relatu iocunda erunt. Calum est hyeme frigidū & gelidum. Myrtos oleas quæq; alia æstiuo tempore lætantur / aspernatur & respuit: laurum tamen patitur: atque ēt nitidissimā pfert. iterdū sed nō sapius q; sub urbe nrā necat. Aestatis mira clementia:



semp̄ aer spirítu aliquo mouetur: frequentius tamē  
 auras q̄ uentos habet. Hinc senes multos uideas: a/  
 uos proauosq; iam iuuenum: audias fabulas uete/  
 res: sermonesq; maiorum: cū ueneris illo: putes te  
 alio seculo natū. Regionis forma pulcherrima: ima  
 ginare amphitheatrū aliquod imensum: & quale so/  
 la rerum natura possit effingere. lata & diffusa pla/  
 nities montibus cingit. Montes summa sui parte pro/  
 cera nemora & antiqua habent. frequens ibi & ua/  
 ria uenatio. Inde crebræ siluæ cū monte ipso descen/  
 dūt. Has inter pingues terreniq; colles (neq; enī fa/  
 cile usq; saxum: etiā si quærat) occurrit) planissimis  
 cāpis fertilitate non cedūt: opimāq; messem serius  
 tātum: sed nō minus percoquūt. Sub his p̄ latus oē  
 uinæ porrigunt: unāq; faciem longe lateq; conte/  
 xunt. Quarū a fine imoq; quasi margie arbuta na/  
 scūtur: prata inde cāpiq;. Campi quos non nisi igen/  
 tes boues & fortissima aratra perfringunt: tantis gle/  
 bis tenacissimū solū cū profecatur assurgit: ut demū  
 nono sulco pdomet. Prata florida & gēmea: trifoli/  
 um aliasq; herbas teneras: semperq; molles: & qua/  
 si nouas alūt. Cūcta enim perennib; riuis nutriunt/  
 tur. Sed ibi aquæ plurimum: palus nulla: quia deue/  
 xa terra qcquid liquoris accipit: nec absorbit: effun/  
 dit i Tiberim. Medios ille agros secat: nauum pa/  
 tiēs oisq; fruges deuchit in urbē. Hyeme dūtaxat &  
 Vere: æstate summittit imenliq; fluminis nomen

*Nomi S*

}

arenti alueo deserit/autumno reassumit. Magnam  
 capies uoluptatem si hūc regionis sitū ex monte p  
 spexeris. Neq; enim terras tibi/sed formā aliquā ad  
 eximiā pulchritudinē pictam uideberis cernere : ea  
 uarietate/ea descriptōe quocūq; inciderint oculi re  
 ficiuntur. Villa in colle imo sita prospicit quasi ex  
 sūmo: ita leniter & sensim cliuo fallente confurgit:  
 ut cū ascendere te non putes/sentias ascēdisse. A ter  
 go Apenninū/sed longius habet. Accipit ab hoc au  
 ras quasi libet sereno & placido die/non tñ acres & i  
 modicas/sed spatio ipso lassas & ifractas: magā sui  
 parte meridie spectat/æstiuūq; solē ab hora sexta/  
 hybernū aliquāto maturius quasi inuitat in porticū  
 latam/& p modo longā. Multa in hac membra. A  
 trium etiā ex more ueterū ante porticū. Xystus con  
 ciusus in plurimas species distinctusq; buxo: demis  
 sus inde pronusq; puluinus: cui bestiar; effigies inui  
 cem aduersas buxus iscripit. Achātus i plano mol  
 lis:& pœne dixerim liquidus: ambit hunc ambula  
 tio pressis uarieq; tonsis uiridibus inclusa: ab his ge  
 statio in modum circi quæ buxum multiformē hu  
 milisq; & retentas manu arbusculas circuit: omnia  
 maceria muniuntur:hanc gradata buxus operit &  
 subtrahit: pratum non inde minus natura q̄ superi  
 ora illa arte uisendum. Campi deinde: porro multa  
 q; alia prata & arbusta: a capite porticus triclinium  
 excurrit: ualuis Xystum desinentē:& protinus pra

tum multūq; rutis uidet fenestris: Hac latus xyſti  
 & quod profilit uillæ ac adiacentis hyppodromi ne  
 mus comasq; proſpectat. Contra mediam fere por  
 ticum dieta parum recedit: Cingit Areolam quæ q̄t  
 tuor platanis inumbrat: Inter has mat moreo labro  
 aqua exundat: circumiectasq; platanos: & ſubiecta  
 platanis leni aſpergine fouet. Eſt in hac dieta dor  
 mitorium cubiculum: quod diem clamorem ſonū  
 que excludit: iunctaq; quotidiana amicor; ccena  
 tio. Areolā illā porticus alia: eademq; omnia quæ  
 porticus aſpicit. Eſt et aliud cubiculum a proxi ma  
 platano uiride & umbroſum marmore exculptum  
 podio tenus: nec cedit gratiæ marmoris Ramos in  
 ſidentesq; tamis aues imitata pictura: fonticulus: in  
 hoc fonte crater: circa ſiphunculi plures miſcent iu  
 cundiffimum mutmut. In cornu porticus ampliffi  
 mum cubiculū triclinio occurrit. Aliis fenestris xy  
 ſtum aliis deſpicit ptatum. Sed ante piſcina: quæ fe  
 neſtris ſeruit ac ſubiacet: ſtrepitu uiſuq; iucūda: Nā  
 ex edito deſiliens aqua ſuſcepta marmore albefeit.  
 Idem cubiculum hyeme tepidiſſimum: quia pluri  
 mo ſole pfundit. Coheret Hypocauſton. & ſi dies  
 nubilus imiſſo uapore ſolis uicem ſupplet. Inde A  
 podyterion balinei laxū & hilare excipit cella frigi  
 data: in qua baptiſterium amplū atq; opacum. Si  
 natate latius aut tepidi<sup>9</sup> uelis in area piſcina ē. In p  
 ximo pute<sup>9</sup> ex quo poſſis tuſus aſtrigi ſi p̄niteat

L.

tepotis: frigidariæ cellæ cōnectit. mediā cui sol benignissime presto est: caldariæ magis: prominent. n. in hac tres descēssiones: duæ in solæ tertia a sole longius / a luce nō longius: Apodyterio superpositū ē Spheristerion: quod plura genera exercitatiōis / plurisq; circulos capit. Nec procul a balineo scalæ quæ in ctyptoporticum ferūt / prius ad dietas tres: harum alia areolæ illi: in qua platani quattuor: alia prato: alia uincis iminet: diuersasq; cæli partis ut p̄spect⁹ habet. In summa ctyptoporticu cubiculū / ex ipsa ctyptoporticu excisum: quod hippodromum / uineas / montes intuet. Iungitur cubiculum obuiū soli maxime hyberno. Hinc oritur dicta: quæ uillæ hippodromū adnectit. Hæc facies / hic uisus a fronte: a latere æstiuā ctyptoporticus ī adito posita: quæ non aspicere uineas / sed tangere uidet. In mediā triclīnium saluberrimū / afflūtum ex Apēninis uallibus accipit. Post latissimis fenestris uineas / ualuis æque uineas: sed p̄ ctyptoporticum quasi admittit. A latere triclīnii / quod fenestris caret / scalæ cōuiuio utilia secretiore aditu suggerūt. In fine cubiculū cui nō minus iucundū p̄spectum ctyptoporticus ipsa q̄ uineæ præbent. Subest ctyptoporticus subterrāneæ similis: æstate incluso frigore riget: cōtētaq; aere suo nec desiderat auras nec admittit: post utrāq; ctyptoporticum unde triclīnium desinit icipit porticus ante mediū diem hyberna: inclinatio die æstiuā: hac

comparatum ut nihil æque amorem incitet & ad cē  
 dat q̄ carendi metus: quem ego pro hoc non semel  
 patior: nam ante aliquot ānos dum intēte instanter  
 que p̄nunciaret sanguinem reiecit. Atq; ob hoc ī æ/  
 gyptum missus a me post longam peregrinationē  
 confirmatus rediit nuper. Deinde dū p̄ continuos  
 dies imperat uoci ueteris infirmitatis tussicula ad/  
 monet / rursus sanguinē reddidit / qua ex cā destina.  
 ui eum mittere ī pradia tua quæ foro Iulii possides.  
 Audiui enim te sæpe referentē esse ibi acrem salu/  
 brem & lac eiusmodi curationibus accōmodatissi/  
 mū. R ogo ergo scribes tuis ut illi uilla / illi dom<sup>9</sup> pa/  
 teat: offerant etiā sumptibus eius si quod opus e/  
 rit: erit autē opus modico. Est enim parcus & conti/  
 nens ut non solum delicias / uerū etiā necessitates ua/  
 litudinis frugalitate restringat. Ego p̄ficienti tan/  
 tum uiatici dabo quantū sufficit & eunti ī rura tua.

C.P. Vrsō. S.

i Terum Bythini breue tempus a Iulio Basso  
 & Rufum Varenum p̄consulem detulerūt:  
 Varenū quem aduersus Bassum aduocatū & postu/  
 larāt & accēperāt. inducti in Senatū iqsitionem  
 postulauerūt. Tum Varenus petit: ut sibi quoq; de/  
 fensionis cā uocare testes liceret: recusantib; Bythi/  
 nis cognitio suscepta est. xgi pro Varenō non sine  
 euentu: nam bene an male liber indicabit: In actio/  
 nibus enim utrāq; in partem fortuna dominatur.

*de hoc Julio  
 quanto est in 2<sup>o</sup> ca*

*postquam a. flo. 73 a 80 (Cadenno R<sup>9</sup>)*

Multū cōmēdationis / & detrahit / & aufert memo-  
 ria / uox gestus / r̄ps ipsum. postremo uel amor ē / uel  
 odium rei / liber offensis / liber graria / & liber secun-  
 dis casibus & aduersis caret. respōdit mihi Fontei uſ  
 Magius unus ex Bythinis plurib; uerbis paucissi-  
 mis rebus. mos est plerisq; græcor; ut sit illis p̄ copia  
 uolubilitas r̄a longas tāq; frigidās p̄iodos uno spiri-  
 tu q̄si torréte cōtorquer̄. Iraq; Iulius Cādīdus nō in-  
 uenuste solet dicere. aliud eē eloquētīā / aliud loquē-  
 tiā. Nā eloquētīa uix unī aur alteri: iā nō sumus An-  
 tonii: ut credamus nemini. hęc uero quā Candidus  
 loquentīā appellat: multis atq; ēt impudētissimo cu-  
 iq; maxime contingit. Postero die dixit p̄ Varenō  
